minus inueniret.cumq; inflammatio quædam percussi humeri existeret, iussit vt aqua multa ca- E
lida locum foueret,oleumq; assidue copiosum interfunderet,ac lanis rursus inuolutus,non secus
ac prius,quiesceret.Sed quia ita etiam faciendo nihil ex his opis cõsequebat̃,tertio die ego quoq;
fui conuocatus,quò cum venissem,& vidissem dolore carentem humerum excauatiorẽ superhu-
meralem habere,q̃ ille qui affectus erat,vtpote cum aucta inflammatio fuisset,diligenter eum qui
naturaliter sese habere videbatur,inspexi.atq; in eo aduerti summum eius sursum recessisse.Qua
re motus,necnon quia nihil ex conuenienti curatione iuuari homo videbat̃,sub alam inflammati
humeri iniectis digitis explorans,in ea ferè caput brachij eminere deprehendi:ac certioris cogni-
tionis causa ala alterius humeri inuestigata, nullaq; extuberatione huiusmodi ibi deprehensa,lu-
xatum esse brachium dixi:medicosq; id ignorasse,ꝓpterea q̃ alterius brachij summum humerum
fuisse auulsum nescientes,ei quasi in naturali statu esset cõstitutus,alterũ pcussum comparabant.
facileq; id nos posse cognoscere aiebam, si ab ægroto requireremus,an in summo alterius brachij
humero ictum aliquẽ aliqñ fuisset perpessus.at ille interrogatus principio quidẽ negabat, postea
tñ,cum ei succurrisset,confessus est se olim è vehiculo delapsum ea parte fuisse contusum,ita tñ vt
facile tribus aut quatuor diebus lana ex oleo supra pcussionẽ impolita conualuerit. Sed quorsum
à me dicta hæc sunt? vt ostendam scilicet quãtum notæ q̃bus affectionum quæ ad manũ operam F
spectant,cognitio acquirit̃,dignitate inter se differant. Cum.n.non potest quis brachium affectũ
attollere, commune id etiam aliorum multorum indicium est. quippe cum sæpe fiat,vt tendones
musculorum,qui ea parte sunt,& ipsi etiam qñq; musculi vel prædurati,vel inflãmati,quin etiam
contusi,aut in ꝓfunda sui parte scissi,aut fibras aliquas abruptas habentes,imbecillum ita brachiũ
reddant,vt in sublime attolli nequeat.ob hæc quoq; non tã in hoc brachij motu, q̃ in reliquis etiã
indolescunt.Cõcauitas vero in superhumerali cõmunis etiam ipsa ad auulsionem significatio est.
At tumor sub ala durus,ac rotundus satis superq; brachium luxatum esse denunciat:vt si soli ei fi-
dem adhibeas,nunq̃ erraturus sis.quin facillimã etiam dignotionem affert.quippe cum oporteat
digitos sub alam tantummodo inijcere,& eminentiam contrectare,et confestim caput brachij ibi
manifeste appareat.Affectus autẽ musculorum,cum neq; attollere brachium quispiã potest,neq;
sine dolore mouere,exercitata ratione multaq; consideratione indiget: vnà tñ cum ijs quæ maxi-
mam habent vim,facillimaq; sunt cognitu, horum cognitio fit, siue experientia,siue ratione artẽ
quispiam tractet. Experimentarius enim, qui vtiq; experientia sola rem psequitur, inspicit eos q
ab ipsis concursus appellant̃,quæ sunt eorum quæ acciderunt,collectiones:cumq; sæpe eadem vi
derit vna in occasione,oia memoria tenet ac conseruat.atq; vbi ex hac obseruatione multos con- G
cursus fuerit expertus,tunc quæ in multis concursibus,quæ item in vno tñ euenisse cognorit,di-
ligenter aduertit.atq; ita demum in cõmunium & ꝓpriorum cognitionem venit. quã consequit̃
signorum in vi & efficacia diuersitatis animaduersio.quod.n.in multis concursibus fuit obseruatum,q̃ quod in paucis:quod in paucis,q̃ quod in duobus:quod in duobus, q̃ quod in vno tñ,ma-
iorem vim habet. Verũtamen experimentarius medicus licut propria, ita cõmunia quoq; obser-
uatac memoria tenet.nam ea vna cum ꝓprijs,vtpote quæ cum illis eueniant,animaduertit.At il-
le qui ratione signorum vniuscuiusq; morbi inuentionem indagat,multo magis ac citius cõmu-
nia & propria cognoscit,non modo multo tempore,vt experimentarius, sed ne die quidem vno,
aut hora vna expectata. Vbi.n.brachium è,ꝓpria sede excidisse, & in alam prolapsum esse aduer-
terit,reliqua oia etiam simul intelliget:primũ tumorem ibi prẽter naturã esse apparitur̃: deinde
sinuatum in superhumerali locum futurum,capite brachij quod in alam recesit,priuatũ:tum sca-
pulæ ceruicem cum superiecta brachio sit,effecturam, vt non nisi ægre attolli id queat: necnon
dolore vehementi infestandos musculos:quippe qui vbi mouere ita brachiũ conati fuerint, vio-
lenter distendantur: simili modo etiam euenturum,vt brachium doleat, si admouere id ad costas
quispiam velit. Atq; ita oino ac quocunq; modo nõ solum ea quæ maximas habent vires, sed etiã H
reliqua oia cognoscet.quippe cum vna hac via oia reperiant̃, quæ altero modo non ex facillimis
cognitu,sed ex indicatione inueniuntur.Caput igitur brachij in ala deprehensum promptissimã
habet vim:at musculorum affectio maiore quidem consideratione indiget,sed tñ etiam ipsa,licet
vtriscq; & facilitate dignotionis,& vi à tumore,qui in ala apparet,superet̃,eadem contemplatione
ab artificibus medicis percipi consueuit. Merito ergo Hippocrates iussit, vt morborum dignotiones,quas recentiores σημειώσεις.i.significationes seu notationes appellant,ex similium ac dissi-
milium consideratione sumamus,ante alia artis opera:quæ videlicet & præcognitione & curatio
ne fiunt:merito item & ex ijs quæ vi maxima,& dignotione facillima sunt: & præter hæc tertio lo
co ex illis quoq; quæ oino ac quocunq; modo cognoscuntur,licet & dignitate & facilitate dignotionis aliis sint inferiora.Posteaq̃ vero hic ex quibus dignotiones affectionũ sumere oporteat prę
dixit,id est ex similibus ijs quæ naturaliter sese habent,& dissimilibus,qualiaq; ea fuerint docuit:
in sequente oratione ad ea nominatim declaranda descendit, in hunc modum inquiens.

Quæ & videre,& tangere,& audire licet. 2

Cum artis partem, quæ morbos discernit, primum omnium exercendam esse censuerit ex ijs
quæ

A quæ in ægrotantis corpore sanis sunt similia vel dissimilia, eaq; esse dixerit partim maxima & facillima,partim eiusmodi,vt cum his necessario cognoscantur: nunc quænam hæc sint,vt dixi,docet,dum inquit, Quæ & videre,& tangere,& audire licet. Videre quidẽ,quæ sunt visibilia videlicet:tangere, quæ tactu:audire, quæ auditu percipi queunt.nam quod de facie in principio præsagiorum scriptum est,videre licet, Nares acutas,oculos concauos, tempora collapsa:tangere,aures frigidas: videre simul & tangere, faciei cutem,cum dura,& arida,& distenta est:audire, quæ deinceps in eodem libro subiungit,sternutamentum,tussim,flatum,strepitum,cum præter naturam ægrotus vocem emittit,quæ vel delirium,vel clangorem,aut raucedinem,aut tale quippiam præ se ferat.In ijs vero quæ ad chirurgiam attinent,videre licet ea quæ nigrescunt,quæ rubescũt,
quæ quocunq; alio modo naturalem colorem vel immutant,vel seruant:præterea,sicut in humeri
articulo,sinum superhumeralis, & summi humeri prominẽtiam videre: caput vero brachij in ala
attrectare licet.at audire possumus sonitus, qui in ægrotantis corpore contingunt, quemadmo-
dum in pertuso thorace,cum spiritus ad vulnus efflatur.

3 *Quæ visu,& tactu,& auditu,& naribus,item & lingua,& sententia possumus sentire.*

B Sensibus oibus sententiam deinceps substituit,id est cogitationem & rationem,quam mẽtem,
& intellectum cõmuniter homines appellare consueuerunt. Quoniam vero eorum quoq; quæ
voce ꝓferuntur, est quædam ratio, distinguentes philosophi antedictam hanc internã siue intus
affectam vocant,qua & consequentia & repugnantia cognoscimus,quibus cõprehenduntur, &
diuisio,& cõpositio,& resolutio,& demonstratio,& cætera id genus. Cur autẽ cum prius narium
& linguæ sensuum mentionem nullam fecerit,cũ dixit, Quæ & videre,& tangere,& audire licet,
nunc vnà cum mente quinq; sensuum deinceps meminerit, merito in quæstionem venit.qua de
re multa multi dixerunt,alij absurda & indigna quæ cõmemorentur, alij digna,& satis probabi-
lia. Dicunt.n.hinc exordio sumpto Hippocratẽ iubere,vt ex similitudine & dissimilitudine sen-
sibilium dignotionem affectionum & morborum sumamus. sensibilia autẽ proprie qdem ea dici
aiũt,quæ nulla alia facultate indigent,vt discernantur, sed sola sensus perceptione contenta sunt.
sed improprie sensibilia quoq; eadem appellatione nuncupari,quę non nisi pluribus facultatibus
dignoscuntur: sensu videlicet,& memoria,& ratione ea,quæ tum cõpositiua,tum in summã col-
lectiua appellatur.colorem autẽ ex ijs esse,quæ proprie sensibilia sunt,non secus ac succum,& va-
porem,& vocem, nec non duritiem & mollitiem,caliditatemq; & frigiditatem,& vt summatim
C dicam, oẽs tactu perceptibiles qualitates. At neq; malum,neq; punicum,neq; apium,neq; aliam
aliquam substantiam totã sensu cognosci posse affirmant, sed opinione,vt dicebat Plato,cũ sensu
irrationali coniuncta. Opinabilia vero oia huiusmodi esse, ac propterea fieri sæpe vt in dignotio-
ne ipsorum nonnulli decipiantur,cum vel figuram tm̃, vel vtraq; hæc inspexerint similia ijs quæ
antea profuerant.nam,& mala,& punica,& apia,& vuas & nuces, & alia multa esui apta è cera
ficta priusq̃ olfactu,& gustu,& tactu tententur, à veris differre minime videri: vt qui oibus sen-
sibus vsum ipsorum superauerit falli omnino nequeat. superare autem oibus sensibus quempiã
non sine memoria & connumeratione posse.connumerationem vero neq; sensus esse,neq; me-
moriæ,sed sententiæ,id est mentis asserunt. appellant autem connumerationem non hoc modo
solum,verũ etiam consummationem seu in summam collectionem,quæ συγκεφαλαίωσις dicitur.
Inquiunt igitur Hippocratem,qñ dixit.Quæ & videre:& tangere,& audire licet,sensibiliũ ipso-
rum loco exempli mentionem fecisse: quando vero ab ijs recedens quæ simpliciter & proprie
sensibilia sunt,ad totas substantias transiit,merito & omnes sensus cõmemorasse,et vnà cum ipsis
mentem quoq; posuisse:vt tota ipsius oratio huiusmodi sit, Conuenit medicum morborũ digno-
tionem ab ipsa similium & dissimilium contemplatione incipere, aliquando in simplicibus qua-
D litatibus,aliquando in totis corporibus facta cõparatione. Atq; hæc quidem expositio nõ aliena
à ratione est:est tamen etiam altera quædam huiusmodi. Hippocratem aiunt quando dixit Quæ
& videre,& tangere,& audire est,de medico:quando postea subiungit, Quæ & visu,& auditu,&
tactu,& naribus,& lingua, & sententia percipiuntur,de ægrotante intellexisse.vt non modo ex
ijs dignotionem habendam censeat, quæ ipse medicus videt,& tangit,& audit,verũ etiam ex ijs
quæ ægrotus videt,audit,tangit,olfacit,& gustat,quæq; mente vel intelligit,vel delirat.nam ex
mente ægrotantis si delirat,aut minime, quandam medicum vtilitatem ad dignotionem facien-
dam consequi perspicuum est. Alij asserunt,visu,tactu,auditu,naribus,& lingua ad ægrotantem,
mente autem ad medicum referri debere.quippe cum medicus ex ijs quæ videt ægrotus,audit,
tangit,olfacit,& gustat,non secus,atq; ex morbo,mente ad coniecturam faciendam de ægrotan-
te ratiocinetur. nam si omnia ipsi ægroto gustanti amara videantur, quemadmodum morbo re-
gio laborantibus vsu venit,flaua bile:si salsa,salsa pituita: si acida,acida imbutam ei linguam iudi-
cabit. ita quoq; propriam sudoris, si forte in os defluxerit, qualitatem interdum percipere posse
ægrotantem affirmant. Sed ijs,qui hoc modo interpretantur,illud aduersatur,ꝙ medici olfactus
esse prætermissus videtur,quo in multis vti consueuit.nam & in deiectionibus,& vrinis,& spu-
tis,vlceribus item,& ipso ægrotantis anhelitu persentiendo ad significationem sumendam olfa-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ctu vti medicus solet. tametsi liceat dicere id à librarijs fuisse prætermissum, quemadmodum alia E
multa in multis & Hippocratis, & aliorum libris inueniuntur partim errata, partim prætermissa.
Adde ꝙ talem etiam explanationem nonnulli tradiderunt, vt dicant: non idem esse videre, tangere, & audire, & visu, tactu, & auditu sentire. quippe cum videre, tangere, & audire sine comprehensione possimus: sentire vero sine comprehensione minime valeamus. Hæc sensus expositio
Semiæ Stoici est, atq; iccirco à Quinti discipulo Iphiciano, qui Stoicam philosophiam sectatur,
admittitur. Quod isti dicunt huiusmodi est. Alteram partẽ aiunt huiusce orationis de genere so-
lo rerum docere, ex quibus significationes nostrę dicuntur: alteram quæ sequitur, de eo quod per
se exquisitum ac certum est, perinde ac si ita esset scriptum, Dignotiones faciẽdę sunt ex similibus
& dissimilibus ei quod naturaliter est constitutum, quæ in ægrotantis corpore apparent. ea autẽ
sunt sensibilia. atq; ex his ipsis non quę aut hallucinatus est, aut obaudiuit, aut aliquo alio sensu p-
peram sensit, sed quæ cõprehensibiliter, vt ipsi dicunt, vnoquoq; sensu, nec non etiam sententia, F
id est mente, sensit quispiam. menti enim hic verbum sentiẽdi attribuisse Hippocratem asserunt:
vnde in prima parte huius orationis, vnius aut duorum etiam mentionem fecisse, dum totũ ipso-
rum genus exemplo indicare vult: in secunda, oĩa vnà cum mente commemorasse, vt certam atq;
exquisitam enunciationem faceret. quippe cum oĩbus his cõmune sit, vt cõprehensibiliter obie-
ctarum rerum species expressas percipiant. Quoniam vero id quod pollicitus fueram, iam præ-
stiti, cõmemorauiq; ea quæ probabiliter à quibusdã eò dicta sunt, vt ne sæpe Hippocrates dixisse
de ijsdem videatur: meum quidem iam est, vt ad sequentia pertranseam: tuum, vt quæ ex his com-
memoratis optima opinio sit, consideres, eiq; assentiare. De nomine item sententiæ, id est γνώμης,
nonnulla addit, apud veteres asserens in significato mentis, siue cogitationis, siue intellectio-
nis accipi consueuisse. cuius testimonia cum multa sint, satis erit si pauca hic subiunxero. Critias
in primo aphorismo hæc scribit. Neq; quæ reliquo corpore sentit, neq; quæ sententia cognoscit. »
& item. Cognoscunt homines an sanus sit aliquis sententia. & in primo congressionum libro. »
Si ipse ita te exercuisses, vt sententia præstares, minime ab ipso iniuria hac fuisses affectus. & sæpe »
in eodem, & in secundo à sensibus ex aduerso distinguere sententiam videtur. quemadmodum »
etiam Antipho in primo de veritate, Qui hæc cognoscit, neq; visu videt longitudinem, neq; qui »
cognoscit longitudinem, sententia eam non cognoscit. Item. Omnibus enim hominibus senten- »
tia in corporis sanitatem, & morbum, & cætera omnia diffunditur. & Plato in quinto reipubli- »
cæ, Igitur, inquit, huius cogitationem, vt cognoscentis, sententiam, vt opinantis, opinionem recte G »
esse diceremus. Lysias etiam contra Poliuchum. Ille enim in omnibus quæ sua ipsius sententia »
vsus pro nostra multitudine egit, sicut multorum bonorum in causa fuisse ciuitati nostræ, ita plu- »
rimis in commodis & malis hostes affecisse conspicietur. Æschines quoq; Socraticus in Meltiade
in eodem significato, quo isti, nomine hoc vsus est. Nec non Hyperides in oratione contra Dio-
clem, & alij complures tum oratores, tum medici, & Poetæ obseruasse idem videtur: quos omnes
hic commemorare superuacaneum est.

Quæ quibus cognoscimus, omnibus licet cognoscere. 4

Hic quoq; nõ immerito in dubitationem venit, quæ nam sint aliæ facultates præter sensum &
mentem à natura nobis traditæ, quæ ad dignoscendum idoneæ sint ea quæ extrinsecus obijciun-
tur. quasi. n. omnes complexus nou sit, nunc ita subiungit, Quæ qbus cognoscimus, oĩbus licet co
gnoscere. Cur igitur in hũc modum dictum hoc esse existimẽ, iam explicabo: si prius necessarium
quoddam ad ea quæ dicenda sunt, proposuero, quod â multis etiam veteribus dictum iam est. g-
bus placet nullam esse opinionem, quam qui sectas constituerunt, philosophi videãtur inuenisse:
sed oĩa illa priori tempore iam dicta sæpe simul cum aliorum memoria interijsse. quocirca ne pu-
tes Pyrrhoniam sectam, aut Academicam, aut Stoicam, aut Peripateticam, aut aliquam aliã post H
Hippocratem extitisse, rerum ipsarum opinione inductus. ipsi. n. Pyrrhonij in antiquissimos ví-
ros suam sectam referunt. Verisimile igitur est Hippocratis tempestate, immo non est verisimile,
sed necessarium, eos qui tunc erant, inter se de naturalibus iudicandi facultatibus altercari ac di-
sceptare consueuisse. vt alij, sicut postea Pyrrhonij, nihil esse huiusmodi assererent, alij sensum so-
lum talem esse statuerent: alij sensu postposito verum esse dicerent id quod circũfertur, Mens vi-
det, & mens audit, reliqua surda & cæca sunt: quidam item vtraq; hæc naturaliter iudicandi vim
habere affirmarent, ac sensu sensibilia, mente & intellectu intelligibilia percipi posse: nõnulli præ-
ter has alias quoq; esse animæ nostræ facultates existimarent. Vt igitur calumniam ipsorũ euitet
Hippocrates, duarum ipse facultatum in genere mentionem fecit sensus & mẽtis: quas me etiam
nostis solas semper ostendere diiudicatiuas cognitionum in nobis esse. captiosorum tamen & so-
phistarum causa postea adiunxit, Quæ quibus cognoscimus, omnibus licet cognoscere. Ac non-
nulli quidem mentem alterius esse naturæ opinantur, cogitationem alterius, alterius item eam,
quæ interna, atq; intus affecta ratio appellatur: atq; his plures etiam facultates introducunt. Sed à
me in libris de cõmuni ratione demonstratum est tres esse omnes in nobis facultates, quibus ad
constitutiones & artium & librorum vtimur, sensum vtiq;, mẽtem, & memoriam, ac memoriam
quidem

A quidem recondere ac seruare in se ea quæ sensu & mente cognita fuerint, quasi cellam quandam
& receptaculum eorum, non inuentricem. nam ad inuentionem & iudicium rerum quæ ingrun-
tur, sensum ac mẽtem natura in nobis esse. Verũtamen cum de his ipsis oratio est, concedit vnus-
quisq; aliam intellectionis, aliam rationis, aliam item, si ita volunt, mentis & cogitationis esse fa-
cultatem. quippe cum satis ipsi sit, ꝙ euidenter oẽs homines, & malum, & mespilum, & vuam, &
aliorum fructuum corpora dignoscunt, siue ea dignotio vna, siue duabus, siue pluribus faculta-
tibus efficiatur. Simili modo persuasum oẽs homines habent & motionẽ esse, & causam, & signũ,
tum hæc ipsa quæ antedicta sunt, tum mentem, & memoriam, & electionem: quæ, sicut alia mul-
ta, quasi nõ essent, Asclepiades subuertere conatus est. His ita expositis planum iam esse factum
puto qua de causa Hippocrates hic licet satis superius rem explicasset, subiungendum censuerit,
Quæ quibus cognoscimus, oĩbus licet cognoscere. Auspicari igitur medicus opera artis ab affe-
ctuum dignotione debet, ea quæ in ægrotante apparent, cum sanis cõparando, & spectando quæ
illis similia, quæ item dissimilia sint: cognitionemq; horum aliorumq; omnium sensu & mente
percipere: & si quid aliud præter hæc de oĩbus cõmuniter videtur posse iudicare, simili modo eo
antedictas res discernere, quacũq; scilicet ratione cognoscere homines possumus. Quẽadmodum
B etiam nos ad artis opera quasi materiam habemus ea quæ sensu percipiuntur. Sensibilia. n. signi-
ficat dum inquit, Quæ & tangere & audire licet. horum autem iudicatricem duplicem facultatẽ,
sensum videlicet & mentem, id quod sequentibus verbis declarat, cum ait: Quæ & auditu, & nari
bus, & lingua & c. sentire est. quibus quidem vtrisq; manifeste memoria inseruit. Quòd si aliquã
aliam introducit quispiam facultatem, eam nos non repudiamus, si re vera esse vtilis cõspiciatur.
dicendo enim, quibus cognoscimus oĩbus licet cognoscere, & sententiam, id est mentem comple
xus est, & copiam fecit ijs qui esse quandam aliam iudicandi facultatem opinantur, eam nobis vt
ostendant. Quæ autẽ hucusq; ab Hippocrate hoc in libro scripta sunt, medicæ materiæ cõmunia
sunt, ac ꝓpterea vicem exordij ad totam artem obtinere ea dixi: quæ vero sequuntur, iam ad ma-
nuum operam, eamq; chirurgiam ptinent, quæ in medicatrina vel discere vel tractare illi possunt,
qui in arte exercentur. Sed ne existimet quispiam me præter meam consuetudinem expositionẽ
hanc longius protraxisse, is sciat, quæcũq; res ad totam artem cõmunes sunt, eas prolixius tracta-
ri debere, q̃ quæ parti alicui conueniunt: & præsertim cum de eis aliquo in libro quispiã ita dicat,
vt non amplius sit mentionem facturus. quemadmodum ego in librorum Hippocratis explana-
tione facere proposui: vt & oĩa sensu & mente discernenda esse doceam, & quæ dicta à me modo
C sunt, amplius non repetam. Adde ꝙ neq; pro dignitate rei produxi orationẽ. nam cum potuissem
cõmemorare & in iudicium vocare dissensionem, quæ de numero animæ facultatum existit, me-
lius esse duxi ad eum qui de communi ratione scriptus est, tractatum relegare eum, qui de his co-
gnoscere accuratius vellet. Præterea cum alia quæstio incideret, dum dicebatur à similis, & dissi-
milis contemplatione esse incipiendum, vtrum, quia non oĩno quippiam in omnibus distinctum
atq; absolutum reperiebatur, idem differret à simili, dedita opera hoc quoq; alibi explicatum hic
prætermisi. Nam in eandem considerationẽ cum alia multa, tum illud quoq; incidebat, quod etiã
omissum à me fuit, vtrũ ex ijsdem, an ex similibus obseruationes ab experimentarijs fierent. non-
nulli enim ex ipsis etiam experimentarijs ex similibus asserunt. alij q accurati magis sunt, totius
suæ institutionis conueniẽtiam ac consequutionem seruantes, oẽs suas obseruationes ex ijsdem
fieri aiunt, tam quæ morborũ dignotiuæ, q̃ quæ prænotiuæ, aut curatiuæ appellantur. nã Dio-
nem phreneti laborantem eundem esse dicunt cum Theone phreneti eadem affectũ: in eo vtiq;
ꝙ vtriq; phreneti laborant. Alij sunt qui simile absolute dici negent, sed duobus modis & dici &
intelligi asseuerent: vno, cum simile id intelligitur quod nullo modo variat, vt gemini Iouis filij
in oĩbus prorsus similes: altero, cum aliquid alicui magis vel minus accedit. Apud antiquissimos
D tñ & medicos & philosophos, quorum adhuc scripta extant, talis vsus similitudini non reperitur.
quippe qui confuse & indistincte similium appellationem vsurpare consueuerint: alias de ijsdem
quæ formæ inter se nullam habent diuersitatem, vt cum sinistrum oculum dextro similem esse di
cunt, cum vtriq; in vno & eodem homine considerantur: alias in diuersis etiam hominibus siue
cæsius, siue fuluus, siue niger sit. quatenus enim oculi sunt, eatenus similes esse eos dicunt. licet
magis vsitatum sit fuluum fuluo, cæsium cæsio esse similem asserere. quemadmodum etiã nasum
aduncum aduncо, simum simo, rectum recto esse similem dicere consueuimus.

Quæ autem manuum operam spectant, ex medicatrina. 5

Tales breues loquutiones manifeste dedita opera ab ijs fieri videntur, qui enunciare obscure
aliquid volunt. Vbi enim vnius, aut duorum, aut ad summũ trium nominum, aut verborũ adie-
ctione clara reddi tota oratio potest, quo pacto obscuritatem non fuisse affectatam dicẽdum est.
Ego igit formam loquutionis referã, qua quis vsus hoc planius atq; euidentius exposuisset, quæ
huiusmodi est. Medicina omnis cõmunem habet scopum ac finem ad affectiones, ęgrotationesq;
dignoscendas, similitudinem ac dissimilitudinẽ quam cũ sanis habent, ex ijs quę euidenter sensui
& intellectui apparent, inuentionem comparans ac iudicium: Ego aũt ea tm dicam, quæ ad ma-

nũm operam ſpectant,quę in medicatrina & oſtendi diſcentibus,& in affectis exerceri poſſunt. E
in hunc modũ ferè dixiſſet,qui aperte rẽ enunciare voluiſſet.Nonnulli autẽ ſcribunt medicatrinã hic,id eſt ἰατρεῖον,in vltima ſyllaba per ι,vt ſit κατ' ἰατρίνην,id eſt ex medicina, ſeu ex medica ratione, non ex loco ad exercendas huiuſmodi medicationes idoneo, quem ἰατρεῖον,hoc eſt medicatrinam vocamus.ac ſi ita dixiſſet,Quæ vero ad chirurgiã attinent,quę ex arte medica fiunt,ſunt hęc.Deinceps tñ videtur libri huius auctor, ſiue ipſe Hippocrates fuerit,ſiue filius ipſius Theſſalus,neq; oĩum operationum & chirurgiarũ mentionem facere quæ ex medicina fiunt, neq; omniũ quæ in medicatrina exercenẽ,ſed earũ tantũmodo,quæ diſcentibus & ijs qui introducunt,vtiles ſunt:& tñ à medicatrina libri ſumpta inſcriptio eſt. quam poſtea Diocles,& Philotimus,& Mantias eſt imitatus.melius vero fuiſſet,vt dixi,ſi de ijs quæ in medicatrina tractantur, liber hic fuſſet inſcriptus.Miror aũt q; Aſclepiades,cum lectionem κατ' ἰατρεῖον ſeruarit, eam idẽ ſignificare exiſtimauerit,quod in medicina.cum tamen κατ' ἰατρίνην, id eſt ex medicatione,nõ κατ' ἰατρεῖον,id eſt ex medicatrina id ſignificet:niſi medicatrinã,quod eſt ἰατρεῖον, ἰατρίνην, id eſt morborũ medicationẽ interpretetur. Sed hæc ad verborum conſiderationem ſpectant, quæ non multifacere conſueuerunt, qui rerum veritati incumbunt. propoſitarum autem rerum doctrina ex ſequenti lectione principium ſumit. F

Aegrotans,agens,miniſtri,inſtrumenta,lumen,Vbi,quo modo,quot, quo modo,quando,corpus,commoda,tempus,modus,locus. 6

Hac oratione omnia commemorat, à quibus,& per quæ,& de quibus pars operaria artis,id eſt chirurgica exercetur.atq; vnumquodq; ordinate percenſet, quale eſſe debeat,quoq; modo,& tẽpore in vſum deduci. Quorum pleraq; aperta ſunt ac clara: ægrotans enim,& agens,& miniſtri, & inſtrumenta,& lumen nulla indigent in præſentia expoſitione:præſertim cum ipſe etiã auctor de ipſis his inſequentibus diſſerat, doceatq;, quo modo ægrotus exibere ſe medico debeat: quo modo medicum circa ipſum operari: quo item modo qui aſtant, miniſtrare oporteat.de inſtrumentis quoq; & lumine quæ cognoſcenda nobis ſint, tradit. poſtea vero de deligatione longam ꝓducit orationem,dicendi breuitate minime ſeruata, qua in toto reliquo libro vtitur.quanq; id fecit,ne quicq; quod vtile eſſet,prætermitteret. Quæcunq; igitur præter ægrotantem,& agentẽ,& miniſtros, & inſtrumenta, & lumen dicta hic ſunt,inſpicienda ſunt,atq; exponenda: ac primum quod primo poſitum eſt/Vbi/quod græce/ὅκου/dicit Ionico more pro ὅπου, π in κ verſo,locũ ſignificat in quo quippiam collocatum eſt.quocirca de oĩbus antepoſitis dictum id eſſe aſſerere G
non abſurde poſſemus. nam & ægrotans loco idoneo indiget.vocantur autẽ ægrotantia ea de q; bus eſt chirurgia.& medico item & miniſtris nihilo minus,q; ægrotanti loco eſt opus. inſtrumenta etiam conuenientem locum requirunt.lumẽ quoq; quod artificiale eſt,vt hoc in loco efficiat in noſtra ſitum eſt poteſtate. ὅπως/autẽ quod ſubiungit pro/ὅπως/id eſt quo modo,tam apud Ionas q; alios qualitatem quaſi quandam rerum quę doctrina traditur,ſignificat.non modo enim debent qui diſcunt artem,locum cognoſcere, vbi vel cubans,vel ſedens ægrotus operatione manuũ curandus ſit,verũ etiam quo habitu,quaq; figura ſit collocandus,aduertere. Idem de eo,& qui operatur,& qui miniſtrat, intelligendũ eſt:necnon de inſtrumentis, quæ non ſolum loco accõmodato eſſe appoſita, ſed eo ordine præparata eſſe debent, vt & à medico, & à miniſtris capi facillime poſſint.Hic cõmoda videtur prætermiſiſſe, cum ſubintelligi cum inſtrumẽtis apte queant. de q; bus quo pacto deinceps inordinate meminerit, paulo poſt videbimus: nunc quæ ſequuntur explicemus.Subiungit,quot quo modo:quæ vtraq; ad vnumquodq; eorum quæ dicta iam ſunt,referuntur.ea enim omnia quæ præparanda ad chirurgiam ſunt, cognoſci à diſcentibus debent, & quot ſint, & quo modo eis vti oporteat: vt quod paulo ſuperius poſuit/quo modo/poſt/vbi/in ſitu & collocatione: quod nunc dicit,in vſu qualitatem ſignificet. vnde illud poſt/vbi/conſtitutũ H
eſt,quod eſt loci aduerbium: hoc,poſt quot relatiuum, quod operationes quaſdã per inſtrumenta quædam,ac cõmoda videtur præ ſe ferre. Quod ſubiungit/quando/occaſionem manifeſte exprimit,qua vnaquaq; re vtendum eſt.De ijs vero quæ poſtea addit in hunc modum,corpus,commoda, tempus, modus, locus, merito quæritur, quid ſibi velint. nam corpus affecti hominis ea parte ſignificauit, vbi de ægrotante meminit. tempus item cum quando, modum cum quo modo,locum cum vbi dixit,manifeſtauit.cur igitur hæc adiunxit, vt non omittam q; cõmoda etiam hic præter ordinem interiecta ſunt, cum melius vel cum inſtrumentis ſtatui, vel ſi etiam omnino nihil de eis ſcriptum fuiſſet,à nobis vnà cũ inſtrumẽtis intelligi potuerint.Sed de his illud reſponderi poteſt,ſcalpros,terebellas,hamos,raſoria, laminas membranæ cuſtodes,& cætera huiuſmodi cõmodorum nomine hic ab eo non fuiſſe appellata,cum ſimul cũ inſtrumentis,vtpote ipſis cognata,intelligi à nobis ſatis queant:ſed ea tantum quæ ex domeſtico apparatu vtilia ad curationẽ
ſunt.quemadmodum in libro de victu in acutis morbis dixit, vbi de balneo agit:Paucis enim in »
domibus, inquit, cõmoda præparata habentur,& miniſtri idonei. Alueos igitur,rotas,pelues, »
labra, & cætera id genus, ἅρμενα hic, id eſt commoda vocari cenſendum eſt, quæ commoda ijs, qui curantur, & neceſſaria ſunt. De reliquis quæ dicta hic ſunt, reſtat abſurditas.fortaſſe igitur hic corpus

A hic corpus partem affectam vocauit: tempus vero id, quod ipſi eſt annexum.Scire enim oportet in chirurgijs quota ſit affectio, & quãdiu proceſſerit, quæ in curationem venit. quippe cum ipſe neq; extendenda membra, neq; articulos reponendos tertio aut quarto poſt die moneat. Poteſt etiam ipſius curationis operariæ tempus intelligi. eo q; nõnulla eiuſmodi ſunt, quibus manuum operam adhibere,quàm citiſſimam tentãdum ſit: cum videlicet ex refrigeratione maximum impendet periculum, vt in ijs quorum vulnera conſuenda ſunt. nam ſi longiore mora trahatur curatio,in magnitudinem doloris protinus incidunt. Alia lõgioris temporis chirurgiam requirũt, vt ſuffuſiones:in quibus opus eſt,poſteaquã fuerunt deductæ, aliquandiu eo loci interpunctoriã acum detinere, vbi manere eas compreſſas firmiter volumus. Modus autẽ hic de morbi creatione dictum videtur, vt quo modo fractio, aut articuli luxatio facta fuerit, cognoſcendum eſſe doceat:quẽadmodum in libro de vulneribus in capite,modos refert quibus vulnera efficiuntur,his
" verbis:Os in capite tot modis vulneratũ.& deinde: Horũ autẽ modorum vniuſcuiuſq; plures for-
" mæ fracturæ in vulneratione euadunt. Item poſtea: Contundi autẽ poſſet os in ſua ipſius natura
" ſic,vt nulla oſſi ſciſſura accederet:ac ſecundus iſte modus eſt.tum deinceps vbi aliũ dixit,ſubiungit: ac tertius quidem hic eſt. & rurſus:hic eſt quartus. poſtea: quintus hic modus eſt. Cæterum
B abſurdiſſimum hic videtur, quid loci rurſus hic meminerit, cum ſuperius/vbi/aduerbium quod locum ſignificat,poſuerit.hinc enim fit,vt nonnulli orationis huius aliam expoſitionem commiſcãtur,diuerſamq; inſuper lectionem afferant: pro hoc enim/ὅκου/ id eſt/vbi/quod antedictum eſt,legunt.cum tamen & qui librum hunc explanarunt,& pleriq; ex experimentarijs lectionem priorem agnoſcant. Verba ipſa clarioris euidentiæ cauſa iterum repetam: Aegrotans.agens.miniſtri.inſtrumenta.lumen.vbi.quo modo.quot.quo modo. quando.corpus.commoda.tempus. modus.vbi. Dicunt igitur Hippocratem cum dixit/vbi/ in ſuperiori parte horum verborum abſolute id accepiſſe, cum & corpori ægrotantis, & rebus commodis & neceſſarijs accommodari queat(commoda ſiquidem hic vocare ea,quæ prius appellauit inſtrumenta)in fine vero,corpori ægrotantis & commodis diſtincte illud attribuiſſe. quippe cum & ægrotantis corpus & cõmodę ipſę res & neceſſariæ accommodato loco collocanda ſint.Sed ſi priorem lectionem ſequamur & antedictam noſtram explanationem, locus qui in calce huius orationis poſitus eſt, de mẽbro affecto corporis dictus eſſe intelligetur.medici enim ſicut membra corporis, ita loca etiam appel
C met.Quocirca his,quæ ſequuntur,attendendum diligenter tibi eſſe cenſeo.nam quod non recte in his intellectum fuerit,non mediocre in artis operibus damnum afferet:ſi autem quę hactenus dicta ſunt,non bene perceperimus,non magnam iacturam faciemus.

7 *Agens vel ſedens, vel ſtans congruenter ad ſe,ad id quod tractatur,ad lucem.*

Orationem hanc de rebus factam eſſe dixi à quibus, & per quas, & cum quibus, & circa quas operationes manuum adhibere neceſſarium eſt.à quibus, ſunt & medicus,& miniſtri: per quas, inſtrumenta: cum quibus,lumen & locus: circa quas,& totum corpus eius qui tractatur,& pars affecta.Quarum ſingulæ cuiuſmodi eſſe debeant, & hic & in ſequentibus docet, non ſeruato tamen ordine, quo prius eas enumerauit. ab ægrotante enim cum inceperit, de medico primum hic agit.Id autem veteribus omnibus cõſuetum eſt:à quibus innumera huiuſmodi exempla colligi poſſent.ſed in præſentia id ſatis erit, quod à Poeta in Iliadis ſecundo in nauium enumeratione ita dictum eſt.

Quis nam inter virtute viros fortiſſimus,atq;
Inter equos fuerit,mihi tu Iouis inclyta proles
D Muſa refer,qui ſunt Atridarum arma ſequuti.

Hic cum prius viros dixerit,deinde equos,non prius viros recenſet, ſed equos in hunc modũ.

Inter equos longe ſuperabant viribus omnes
Admeti biiuges,quas tunc Eumelus agebat,
Sicut aues volucri penetrantes agmina curſu,
Aetate inter ſe,atq; æquo diſcrimine dorſi,
Atq; colore pares.quas olim pulcher Apollo
Pieria in ſacra pauit,fera bella mouentes.
Aſt hominum Telamone ſatus fortiſſimus Aiax
Omnium erat,quando iratus cedebat Achilles. Alibi item cum dixiſſet,
Illic ploratus audiri & vota virorum: poſtea ad ſecundum prius reſpondens ſubiungit,
Qui aut occidebant,aut fæua morte peribant. At in ſeptimo Iliadis libro,quaſi dedita opera vellet oſtendere talis loquutionis curam habendam non eſſe, cum omnes res ordine enumeraſſet, quod ſecundum dixerat primum reſumit: deinde quintum, tum quartum, poſtea tertium.Carmina autem ea ſunt,quæ in hunc modum exordiuntur:

Illic Beotus,longis & veſtibus Ion
Locrenſes,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Locrenſes,Phthiij, & præclaræ ſtirpis Epæi. De ordine igitur,quo in oratione vtitur,hęc nunc E
ſemel dicta ſufficiant,vt non amplius alibi audienda ſibi eſſe cenſeat quiſpiam:quę autem hic de
agente ipſo dicit, id eſt de operante medico, clara vnicuique ſunt, qui attendere verbis his velit.
Inquit enim ſiue ſedentem,ſiue ſtantem eum qui operatur exercere chirurgiam debere,congrue
& accommodate ſe habentem ad id quod tractatur,& ad lucem. eam rationem ordinis, quã mo-
do diximus,etiam hic ſeruat.nam hanc ad vnamquamq; rem medici congruitatem deinceps ex-
plicando,id quod vltimo loco dixerat primum reſumit,quæ eſt lux.

Ac lucis quidem duæ ſunt ſpecies,cõmunis altera,altera artificialis. cõs in nobis non eſt. in nobis eſt artificialis. 8

De ſpecierum quoq; nomine ſi ſemel nunc audiueris, perpetuum id habe. Mos veteribus eſt,
vt ea,quæ ex diuiſione generalium rerum euadunt,differentias, ſpecies, & modos appellent. Ita
hic Hippocrates lucis duas eſſe ſpecies ait,perinde ac ſi differentias, ac modos duos eſſe dixiſſet.
Alteram igitur lucem cõmunem eſſe dicit,qua omnes homines vtimur,precipue ſub dio,ſecun-
do in domibus magnis atq; amplis,quę magnis feneſtris atque oſtijs copioſum lumen accipiunt.
cuiuſmodi nunc etiam pleriſq; in vrbibus curantibus medicis dari conſueuerunt:quas à medica-
tione, quam in ipſis exercent,medicatrinas appellant. Lumen autem artificiale etiam ipſum pri- F
mum fit,cum lucernas,aut faces,aut funalia,aut tale quidpiam incendimus: ſecundo cũ feneſtras
aperimus aut totas,aut ex parte,aut alijs clauſis alias aperimus:ac de oſtijs eadem ratio eſt.

Quarum vtriuſque duplices vſus ſunt, vel ad lucem, vel ſub lucem. 9

Vtriſq; ex ſpeciebus ſplẽdoris & communis & artificialis duo vſus ſunt, vel ad lucem vel ſub
lucem:ad lucem vocat, cum ad lumen aduerſum fuerit quod inſpicitur & curatur: ſub lucẽ,cum
ab ea parum declinat:vt in ſuffuſionibus fit,atq; omnino in oculorum affectibus. quippe cũ neq;
dignoſcere morbos eorum exacte,ſi ad lucem aduerſus ſit,qui ægrotat, neque curationem adhi-
bere liceat:quocirca in his cauendum eſt,ne qui curari vult,ad lucem conuertatur,ſed ſub lucem,
id eſt auerſus à luce,aut oblique collocatus maneat,quod de oculis ipſis, nõ de palpebris à me di-
ctum intellige:circa has enim ope rari poſſumus etiam ſi homo conuerſus ad lucem ſit: quemad-
modum in veſicarum aquoſarum ſublatione,aut illaqueatione pilorũ, aut ſuctione,aut demum
vbi medico apertis palpebris opus non eſt. Si tamen vlceratus admodum fuerit qui lippitudine
laborat, habeatq; eam quam vuam vocant, prorſus auerſus à luce eſſe debet omni tempore, niſi G
cum medicamentum oculis medicus imponit: tunc enim abſq; luce inſpicere medicus leſam par
tem nequit: ſicut ſi aut vnguem excidere, aut ſuffuſionem deducere, aut tale quippiam operari
velit.ſed tunc oblique ad lucem collocandus æger eſt:vt neque *à fulgore lucis oculi pupilla* feria-
tur,neque medicus fruſtretur,quin ſpectare curandam partem valeat: atq; *ille* quidem planè qui
à luce auerſus eſt,neque ad lucem,neq; ſub lucem,ſed à luce magis appellabitur, necnon qui obli
quus ad lucem collocatus eſt,melior tamen Hippocrati viſa eſt hæc enunciatio, ſi ſub lucẽ,quàm
ſi à luce dixiſſet.

Sub lucem & paruus vſus,& aperta moderatio eſt. 10

Superius demonſtratum eſt,nullum ex alijs membris,exceptis oculis, tali chirurgia indigere.
quoniam vero, vt dixi, fieri non poteſt vt auerſus à luce penitus quiſpiam ſit, qui curatur,in me-
dio ſtatu & ab auerſione à luce, & ab aduerſione ad lucem collocare hominem vult: non tamen
æque in omnibus morbis auerſum à luce eſſe conuenit, ſed quatenus ipſe morbus requirit. Qui
enim vlcerati ſunt & ſuppurati, & vua laborant, inflammationemq; aliquam magnam, aut flu-
xionem acrem habent, paruo etiam fulgore ita percutiuntur, vt & doleant & fluxu ſtatim infe-
ſtentur. Illi autem à fulgore minorem moleſtiam percipiunt,quorum aut ſuffuſio interpungitur, H
aut vnguis,aut tuberculum exciditur,quod ἐγκανθὶς,id eſt inangularis appellatur. Moderatio igi
tur qua illum,qui curatur,à lucis fulgore eſſe auerſum oportet, tibi ſi duobus his attenderis,inue
nietur: vt videlicet medicus clare in oculo id quod in operatione agit,inſpiciat, & qui tractatur,
non vehementi aliquo dolore crucietur. nam vterque ex his ſcopus contrariam collocationem
tibi præſcribet,prout alter alteri prævalere conſpicietur: quòd ſi neuter prevaluerit,medium ha-
bitum & ſtatum eliges eorum qui tum ad lucem prorſus aduerſi, tum ab ea auerſi penitus ſunt.
Ego tibi viam expoſui, qua ſi veteris, moderatam conuerſionem reperire facile poteris. Hippo-
crates vero ita dixit, exiſtimans moderationem facile omnibus, ſi inuenire voluerint, manife-
ſtam euaſuram.non enim ineruditos homines,vt nos nunc,ſed admodum exercitatos in diſcipli
nis docebat:qui ex conſequutione eorum,quæ prius fuerant demonſtrata, talia ex ſeſe excogita-
re non difficulter poſſent.

Quod ad lucem vero attinet, ex præſentibus, ex conferentibus luminibus ad claritatem conuertere debemus id quod curare volumus. 11

Vt quęcunq; agit medicus in curatione ex manu in ægrotãtis corpore diligẽtiſsime inſpiciat,
in

A in omnibus corporis partibus,exceptis oculis clariſſima lux eligenda eſt.clariſſima autem lux eſt
in ſubdiali loco à ſole illuſtrato,cum nulla res lumen eius impedit. Sed interdũ in diuerſorio eius
qui curandus eſt,nihil huiuſmodi reperitur:ſæpe,ſi reperitur,eò prodire non confert,cũ per hye-
mem frigus,per æſtatem calor infeſtet. quorum vtriuſq; propria quædam læſio eſt. Adde q; ven-
ti quoq; cauendi ſunt.horum enim cauſa ſæpenumero fit,vt non modo in liberum aerem,verum
etiam ad ianuas,& feneſtras, qua ventus vehementior perflat, deducere ægrotum vitemus.nam
ſicut in illis cauendi venti maxime ſunt,in quibus neruos pati aliquid timemus,ſic in putreſcen-
tibus ſol euitandus, cum ad ſanguinis eruptionem apta ſint. Recte igitur adiunxit, ex præſenti-
bus,ex conferentibus.non enim ex præſentibus luminibus claritas tantummodo eſt eligẽda, ſed
illud inſuper conſiderandum,an quod clariſſimum eſt,ex conferentibus ſit.

12 *Præter ea quæ aut latere debent,aut videre turpe eſt.*

Non clara locutione ſententiam hic ſuam explicauit auctor.ſed videtur dicere partes ęgrotan
tium tractandas,quæ aut latere debent,aut videre turpe eſt,ad lucem non eſſe cõuertendas: cum
tamen non id velit,nam ita poſtea ſubiungit.

13 B *Atque ita quod tractatur aduerſum ad lucem,qui tractat aduerſum ei quod curatur,collocari oportet ſic, vt ne obumbret.*

Hoc enim modo tota ſententia ab eo erat explicanda: Quod ad lucem vero attinet,ex præſen-
tibus, ex conferentibus luminibus ad claritatem conuertere debemus id quod curare volumus,
ita quidem vt puram,& non adumbratam lucem vſquequaq; ſeruemus: ſed in ijs,quæ vel latere
oportet, vel videre turpe eſt, ita collocare ſe medicus debet, vt & alios omnes impediat, quo mi-
nus inſpicere tractãdas partes queant,& ſibi nulla ex parte obumbret. Atq; hic totius huius ora-
tionis ſenſus eſt.Sed fortaſſe quiſpiam clare audire cupit, quam ob rem medicus eos qui circum-
ſtant,celare quidpiam velit. Nõnulli ſunt ex præſentibus, quos exactas quaſdam ex manu cura-
tiones docere fortaſſe non vult,cum digni non ſint:domeſtici itẽ aliqui & familiares ipſius ęgro-
tantis incidere interdum partes aliquas vetant, quæ eiuſmodi indigent curatione: dolent enim
atq; indignantur aduerſus medicum,& carnificem vocant.cum tamen ſæpe etiam alterum ex te-
ſtibus putrefactum excidere prorſus neceſſe ſit:& neruum per tranſuerſum ſecare,ne in conuul-
ſionem incidat ægrotus. Alij item ex vulgaribus hominibus puris copiam ſpectare non patiun-
C tur.quidam ne permittunt quidem,vt quod pus continet corpus aperiatur.quibus in rebus me-
dicus dat operam, vt ipſis inſcientibus locum affectum ſecet, & pus totum educat, atque expri-
mat: idem quandoq; ob laborantium timiditatem à nobis fit. quippe cum adeo timidi nonnulli
ſint ad huiuſmodi curationes ſuſcipiendas, vt priuſquam ſecti fuerint, ex doloris expectatione
animæ defectu collabantur. His quod probabile eſt, eſt dicendum: cras nos de curatione & chi-
rurgia conſideraturos, in præſentia ſatis eſſe, ſi locus aut foueatur ſpongijs, aut aqua perluatur,
atque ad emplaſtrum,aut medicamentum recipiendum præparetur:atque ita inexpectato ſectio
homini adhibenda eſt.Atq; in his quidem medicus inſpectioni præſentium obſtabit ea cauſa, vt
lateat id,quod agit: in alijs ob pudorem ægroti locum curandum à conſpectu auertet: qui enim
ægrotat aliquando ſummopere curat, ne à pleriſq; videatur, ſi in ſede, aut pudendis morbus ſit.
hæc enim loca occultare conſueuerunt.Si fœmina ſit,circa nates & pectus: circa ventrem etiam,
ac multo magis circa pubem verecundiæ cauſa conſpectus vitandus.Sed quidam hic Hippocra-
tem damnat,ridicule hęc dixiſſe eum aſſerens.quippe cum qui videri nolunt,dum huiuſmodi in
partibus curantur,facile poſſint omnibus qui interſunt,è cubiculo excluſis,ſoli medico rem com
mittere,vno ſolo aut duobus admiſſis,qui familiariſſimi ſint: at is planè neſcit,neq; expertus eſt,
D & multos eſſe,qui ſicut inſpici morbos ſuos erubeſcunt,ita prohibere à conſpectu nõnullos,atq;
amouere vereantur: & multos quoq;,qui etiam ſi prohibeantur, contendentes ac curioſe ægro-
tantis affectionem ſcire affectantes, cum familiares & amici ſint, impudenter remanere velint.
Quapropter in huiuſmodi occaſionibus medicus,qd nullo negocio facere poteſt,obſequi ægro-
tanti debet,& ſolus ipſum tractare,& nemine aduertente ita exercere chirurgiam, vt pleroſq; la-
teat.poteſt enim vt dixi cum vel aqua perfundit,vel ſpongijs fouet, quaſi nihil operaturus ſit,re-
pente opus abſoluere,dum aliud quid agunt,qui curioſe inſpecturi ſingula aſſiſtebant.Atq; hæc
quidem,quæ in huiuſmodi altercationem venire poſſunt præter medicinę cõtemplationes ſunt,
quæ tamen nos ex rei conſequutione,immo propter calumniantium cõtradictionem coacti fui-
mus commemorare.Sed iam ad ea,quæ ſequuntur,tranſeundum eſt.

14 *Ita enim & qui agit,inſpiciet,& quod tractatur non inſpicietur.*

Hic quoque integra loquutio huiuſmodi eſſet: Ita enim qui agit,inſpicit partem,quæ curatur,
ea autem pars ab alijs non inſpicitur.non enim à medicis vtrunque conſequitur pars,quę tracta-
tur,vt & videatur,& non videatur.

15 *Ad ſe autem ita,vt ſi ſedeat:pedes in inferiorẽ partem proceſſione directi ad genua ſint,interuallo vero parum diſtent.*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

distent.genua autem inguinibus paulo superiora existant,ea distantia sit quæ idonea cubitis,tum positione,tum ap- E
positione.

Vbi conuenientiam,quam ad lucem habere debet medicus explicauit,ad congruentiam,quã ad seipsum seruare oportet,deuenit. Cum enim superius dixerit, Agens vel sedens, vel stans cõgruenter ad se,ad id quod tractatur,ad lucem: deinde id,quod vltimo loco posuerat, id est ad lucem, declararit, & simul cum eo ad id quod tractatur quoq; necessario exposuerit: nunc conuenientiam persequitur,quam ad sese habere medicus debet. Ipsum autem ad seipsum conuenienter se habere in situ,simplex & quasi per articulos distinctum nihil potest,ita vt alias alíam collocationem variis in figuris obtineat. sed si inter se compositi partes ipsæ spectentur, ita admittere conuenientiam poterit.nam siquis vel stans vel sedens vel stans quam plurimum inter se membra abstrahat,ac diducat, is incongruenter erit collocatus: quemadmodum si prorsus eadem contrahat, vt vel se mutuo tangant, vel alterum alteri superiectum sit: nec non si in longitudinem totum crus producat, aut non directe ad genu, sed longe retrorsum pedem teneat.Qua de causa merito hic Hippocrates vniuscuiusq; ad seipsum conuenientiam in sedendo membrorum inter se habitum esse definiuit:vt pedes videlicet directe ad genua collocati sint. sed quia directum & in rectitudi F
nem duobus modis intellígi potest, & cum in longitudinem crus protenditur, & cum in altum attollitur,& erigitur,merito subdit,in inferiorem partem processione.nam ἔφω, id est processionẽ seu itionem, rectitudinis situm & collocationem appellare consueuit. Distare igitur pedes inter se aliquantulum censet, genua vero inguinibus paulo esse superiora: id in omnibus spectans, vt & honestatem ac decorum seruet medicus,& promptus ad operãdum,firmusq; ac stabilis in collocatione sit.quippe cum qui ita sedeat,circũagitari, ac quassari difficulter queat. vnde & genua, & tota femora vsq; ad inguina tanto interuallo debere esse disiuncta inquit, vt & honeste, & firmiter, & apte ad operandum sese habeant. quò interdum cubitis supra femora innixi, interdum ex vtraq; ipsorũ parte apposito brachio operari valeamus.nam quod inquit positione supra ipsa, appositione in lateribus collocationem notat.

Indumentum succincte,syncere,æqualiter,similiter cubitis,humeris. 16

Succincte, id est ὡσαλέως, apte & expedite,vt neque nimis astrictum,neque nimis laxum cor-
pori medici circumiectum sit:Syncere autem de ipso indumento dictum est,distincte atq; explicate,vt nullam partem eius duplicatam esse significet.Quod autem subdit,æqualiter,similiter cu G
bitis, humeris, ambiguum est: vel enim vtrisque in brachijs circumiectum esse indumentum æqualiter ac similiter humeris & cubitis censet, vt alterum brachium alteri conferatur, id quod plerique comparare appellant: vel cubitos & humeros in singulis brachijs æqualiter ac similiter indutos esse,vt cubitus humero,& humerus cubito comparetur. nam quòd non supra cubiti gib
bum retractum esse amictum velit, perspicuum est. quippe cum non medico solum, qui tam seriam artem exercet, inuelatos ac nudos habere cubitos turpe sit, verum etiam ijs qui in forensi-
bus tumultibus causas dicunt:quos vid emus admodum vereri supra cubitos retractam tunicam gestare,perinde atq; illi qui ad pancratio decertandum præparantur.possumus etiam talem amictus habitum alia causa reprobare,quia videlicet non tam partes circa cubitum,quàm totũ etiam brachium refrigeret.quanquam quantam partem eius vltra cubiti gibbum occupari conueniat, non expressit: ob id fortasse,quia clarum est,atq; eiusmodi,vt à quocũq; nostrum inueniri queat. non enim difficile est conijcere in singulis operationibus quantum produci vltra cubitum de-
beat indumentum: hic quoque id attendentes, vt & honestatem seruemus, & apte instructi ad
propositam chirurgiam simus. Nam sicut paulo superius vbi latere oportebat,cõtrarios esse scopos ac fines dixit: alterum vmbrosi aeris, ne ægrotans pars inspiceretur: alterum clari luminis, H
quo ipse ille qui curaret, videre posset. ex quibus eum sequi deberemus, vter maiorem vim habuisset.quòd si vterq; æqualiter propendere visus fuisset,medium planè inter vtrosq; esse eligendum: Eodem modo & nunc,& prorsus semper faciendum est, vt vbi in contrarias res diuersi fi-
nes æqualiter deducunt,medium vtrorumque eligamus:vbi alter præponderarit,ad eum tenda-
mus.In operatione igitur,quantum ad ipsum attinet,totum brachium nudum esse oportebat.ho
nestas vero totum idem esse contectum postulabat. medium tamen seruatur. Quocirca semper medium vtrorumque eligendum est,cum sunt æquales: cum sunt inæquales, ad eum qui magis
vrget,concedendum est,

Ad id autem quod tractatur, vltra & prope, & sursum & deorsum, & hac vel illac, vel in medio. Vltra & 17
prope termini sunt cubitorum gibbi,si in vlteriorem partem genua, in citeriorem costas non pertranseunt. Sursum si non superius,quam mammæ sunt,summas manus teneat: deorsum, si non inferius,quàm vt pectus supra genua habens,summas manus angulares ad brachia efficiat.atq; in medio quidem, hoc modo. at hac vel illac, si nõ extra sedem,sed pro ratione conuersionis corpus & operantem corporis partem protendat.

Cum medicum iusserit conuenienter se habere ad seipsum, ad id quod tractatur, ad lucem
siue

A siue sedeat, siue stet: primum de sedentis conuenientia ad vnumquodq; ex his tribus aggressus est dicere à luce principio sumpto: deinde vbi ad conuenientiam, quã ad seipsum habet, transijt, eamq; explicauit: ad tertium,quod adhuc restat,nunc descendit,cõgruentiamq; eius ad id quod tractatur & curatur,exponit. Nãq; admodum prope id, quod curatur, sedere medicus debet, ne ex angustia manuum tractatio impediatur: neque adeo distare, vt attingere id, quod pertractatur,vix possit.statuit enim hic quosdam terminos citra quos remanere,aut vltra progredi medicus minime debet. illud vero memoria tenendum est, de sedente primum haberi orationem. Tantum igitur abesse eum qui medetur ab ægrotante vult,vt cubitos neque vltra genua proten
dat, neq; citra costas retrahat: qui distantiæ ante & retro termini sunt. distantia autem hæc & dimensio per longitudinem appellatur. Cum vero duæ reliquæ sint, altera per latitudinem, altera per profunditatem & altitudinem, vtrolibet enim modo nominatur, de ea, quæ est per altitudinem terminos hos statuit: vt qui operatur, neq; superius mãmis manus attollat,neq; inferius deprimat,quàm vt pectore genibus incumbente angulares manus ad brachia figuret:angulares ap
pellans, cum in curuatura rectum angulum cubitus cum brachio efficit. quippe cum media hæc sit figura inter perfectam cubiti incuruationem, qua fit, vt inflectere ipsum arctius nequeamus,
B & perfectam diductionem,qua distendere brachium magis non licet:Eius quæ per latitudinem fit in laterales partes,terminos in vtranq; partem ponit, in dexteram & sinistram ita cõuersiones facere,vt sedes non dimoueantur, id est partes corporis, quibus considemus, & innitimur. Atq; horum quidem termini deinceps hic per diuersa tempora explicati sunt. quippe cum quo tem-
pore de interuallo per longitudinem dicebat, eodem de eo, quod est per latitudinem & altitudinem docere nullo modo potuerit.quemadmodum neq; cum de altero reliquorum duorum egit de longitudine. sed medicum tamen,vt puto,monet,vt quocunq; tempore ad omnia, quæ dicta sunt, animum aduertat: eo quòd omnibus simul in omni operatione opus sit. Nam cum media quædam sit medici constitutio in sedendo,cum videlicet spectans nihil operatur, eam speciosissi
mam atq; honestissimam esse oportet,perinde ac si pictor quidam, aut fictor imaginem eius imitaturus sit.sed cum ad manu operandum iam peruenit,manus ei mouẽdæ sunt ante simul & sur-
sum aliàs,aliàs ante & sursum & sinistrorsum,interdum retro vel vtraq; manus, vel vna tantum retrahenda est, atq; id vel deorsum, vel sursum, vel dextrorsum,vel sinistrorsum. dimensionibus enim his inter se connexis multiformes figurarum variationes euadunt. In quibus omnibus cõ-
munis ille scopus tenendus est, vt sedes ipsa inuariata conseruetur, quam nonnulli distantiarum
C harum terminos transgrediendo turbare consueuerunt. Nam si ita alte pars curanda fuerit collocata,vt medico supra mãmas suas manus attollere necesse sit, cogetur is interdum altius seipsum à sede subleuare quasi surrecturus, ita vt neque stet prorsus,neque sedeat: sed in medio quodam instabili ac nutante habitu constituatur. & si multum ad dexteram, aut sinistram partem procedendum fuerit, eò è sede ipse attolletur, vt periculum sit,ne ex ea delabatur.in vlteriore, & citeriore parte idem continget. si deorsum autem magis dimittendæ manus sint, præterquam q; sibi in operando obtenebrabit,in indecoro etiam habitu consistet.

18 *Si vero stet, vtrisq; quidem pedibus ex æquo insistere oportet,Sed agere altero inscendentem, qui vtiq; ex parte operantis manus non sit,sublato genu ad inguina sic, vt in sessione.& alij termini idem.*

Vbi orationem de sedente expleuit,de stante agere incipit:iubetq; eum eadem prorsus seruare, quæ paulo ante in sedentibus præcepit, nisi quòd hic pedum stationem inæqualem esse vult. alterum enim altero altiorem esse debere inquit, sic vt non è directo operantis manus talis statio sit:quam medicum in tota operatione seruaturum esse, si neq; nimis alto loco, neq; vlterius, quã oporteat siue longitudine,siue latitudine membrum,quod tractandum est,fuerit collocatũ: vni-
D cuiq;,qui antedicta meminerit, manifestum est. Nã si ita alte erit collocatum, vt medicus manus supra mammas suas cogatur attollere,efficietur,vt dum immoderate extenditur, è sede dimouea
tur:si vero longius distabit ita,vt progrediendum aliquantulum sit,medico pristinam sedem de-
serere erit necesse. Quia vero supra aliquid innixum, ac firmatum alterum pedem esse vult, id in quantam altitudinem fieri debeat,declarat, eundẽ habitum inquiens ipsius genu ad inguina hic esse seruandum,quem in sedentibus superius explicauit.de illis enim ita dixerat,Genua autẽ in-
guinibus paulo superiora existant. eo quòd eiusmodi sessio sicut tutissima est & maxime decora, ita ad operandum quoque expeditissima est. nunc vero alterum tantummodo genu prominere altius vult,vt eadem ad inguina ratio seruetur. Plurali autẽ numero dixit inguina, quo ad inguina vtrorumque crurum æqualem altitudinem habere genu intellígamus.

19 *Atqui tractatur reliqua corporis parte curãti inseruiat, vel stans, vel sedens, vel iacens facillime ea figura qua permanet, subfluxionem, subsidentiam,diuersionem, decliuitatem seruans. Sic quod debet seruatur,& figura & forma eius qui tractatur,in exhibitione,in tractatione,in posteriore habitu.*

Diuersas interpretationes loci huius tradiderunt, qui in librum hunc explanationes conscri-
pserc.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

pſere. Nam tum quatuor horum nominum ambiguitas, ſuffluxionis videlicet, ſubſidẽtiæ, diuerſionis, & decliuitatis, tum orationis breuitas, qua multa cõplecti voluit Hippocrates, diſſentiendi ipſis præbuit occaſionem. cum enim obſcura adeo ſit auctoris huius ſententia, coniectura magis, quàm certo aliquo iudicio ducti id fecerũt. Sed ego id quod in omnibus huiuſmodi facere cõueui, nunc quoq; præſtabo: vt omiſſis omnibus, quæ videtur abſurda, ea tantũmodo perſequar, quæ probabiliter excogitata mihi eſſe videantur. meamq; præterea in hoc ſententiam nõ celem. ab obſcurorum autem horum nominum explicatione exordium ſumã. Cum ſimplex priùs ſit, quàm compoſitum, & ſæpe fiat, vt licet nulla obſcuritas in ſimplicibus ſit, obſcuritatem tamẽ afferat compoſitio: id in præſenti hac oratione planè contingit. Nõnulli enim ſuffluxionem intelligendam cenſent, quę ex humidis euenit: atq; horum duplex etiam ſententia eſt. Alij, ex ijs, quæ è corpore mouentur, alij, ex ijs, quę extrinſecus infunduntur: quidam quoq; de ijs mentionem hic eſſe factam dicunt, quæ in curationis operatione ipſa effluunt: alij de ijs, quæ poſt operationem eueniunt, dictum eſſe hoc aſſerunt. Eadem de ſubſidentię nomine diſcrepãtia eſt. nam cum ſubſidere contrarium fluxioni humorum ſit, merito de eo eſſe eadem ambiguitas debet. Alter explanatorum cœtus non de humidis, ſed de ſiccis & ſolidis animalis partibus ſubſidẽtię & ſuffluxiõnis nomen eſſe accipiendum contendunt: ac ſubſidentiam quidem, ſeu ſubſiſtentiam malis dicere, id eſt ὑπόϛασιν, ſuſpenſionem ac ſubleuationem vel partium, quæ inciduntur, vel totius etiam corporis dici opinantur. ſuffluxionem, quã ὑπόῤῥυσιν vocat, eorũdem ad inferiora declinationem ac delapſionem, non ſecus ac ſi defluxionem, id eſt κατάῤῥυσιν dixiſſet. nam defluere hoc ſignificato in præſagijs dictum eſſe aiunt, vbi inquit. At ſi procũbat, & defluat è lecto ad pedes, illud vero grauius eſt. His qui ita exponunt, nomen quoq; diuerſionis, & decliuitatis atteſtatur, quæ deinceps ſubſequuntur. Diuerſionem enim, id eſt ἔκτροπὴν, conuerſionem in latus ſignificare dicunt, ſiue ea totius corporis ſit, ſiue eius tantum partis, quæ curationem ſuſcipit. Decliuitatem vero ad ea, quæ ſpropriè κῶλα, id eſt membra longa nominantur, quæ ſunt brachia & crura, referendã eſſe, ſicut ſuffluxionem ad totum corpus. quando enim corpus eodem in loco detinet quiſpiam, neq; id dimouet, ſed vel crus tantum, vel brachium deorſum inclinat, eũ ſitum decliuem appellari dicunt. atq; hæc quidem quãuis vera ſint, ſiquis ſigillatim ea conſideret, in tota tamen oratione nõ correſpondent. Nam alia quædam etiam ipſorum omnium duplex diſſenſio eſt. cũ nonnulli putent Hippocratem voluiſſe ægrotantes ea ſeruare, quæ quatuor his nominibus ſignificant, ſubſidentia, ſuffluxione, diuerſione, & decliuitate: nonnulli non putent. Illud vero ad totam orationis huius ſententiam nihil refert, q in nomine diuerſionis tres lectiones circunferuntur. alij enim diuerſionem, id eſt ἔκτροπὴν per τ & ρ & ε in ſecunda ſyllaba legunt. alij σ adiuncto ἔκστροφὴν, detortionem, ſeu inuerſionem. alij per τ & ρ & ι ἔκτριψιν, deterſionẽ ſeu expreſsionem, legendũ affirmant. vnam enim tantum lectionem in explicatione ſententiæ explanatorum poſueramus. eo q cum manifeſta nominum horum ſignificatio ſit, ab ἐκτρέπεσθαι, id eſt à digrediendo & diuertendo, diuerſio, ab ἐκστρέφεσθαι, id eſt inuertendo & detorquendo, inuerſio, ab ἐκτρίβεσθαι, id eſt exprimendo & detergendo, deterſio, facile intelligamus, ſeruanda hæc eſſe ab ægrotante, vel non ſeruanda. At enim omnes hi in locis huius expoſitione ex parte quidem ſententiam Hippocratis videntur perſpexiſſe: totam tamẽ exquiſite aſſequi minime potuiſſe. Si enim quis aduertat ijs, quæ in calce dicuntur, vbi inquit in exhibitione, in tractatione, in poſteriore habitu, omnes vera quidem dixiſſe, cum alia aliter in tribus his occaſionibus exhibitione, tractatione, poſteriore habitu ab ægrotante præſtari vtile ſit: non tamen componere omnia potuiſſe videbuntur. planum autem hoc erit, ſi tres has occaſiones manifeſte diſtinxerimus. Prima eſt, cum exhibent ſe ægrotantes medicis ad exactam morborum dignotionem percipiendam: quam exhibitionem hic vocat. Secunda, cum aliquid medicus in parte affecta operatur, ac tractat: quam tractationem appellat. Tertia deinceps, quem nuncupat poſteriorem habitum, cum ægrotanti in eadem figura ſeruare partem affectam propoſitum eſt. ab habendo enim eam eundem in modum habitus appellationem fecit. In omnibus igitur his tribus occaſionibus quoddam commune, & quoddam proprium eſt. commune eſt, vt membrum affectum immotum ſeruetur, niſi cum motione quodammodo à medico ſit tractandum. proprium autem bonum ex eo ad perfectam ſanationem comparatur. cum in exhibitione exacte dignouerit eam partem medicus, quam curaturus eſt. in tractatione, ſi ſit fractura, extenderit, & conformarit apte, & obligarit: ſi luxatio ſit, extenderit, & repoſuerit, tum conuenienti deligatione affectum locum circundederit: ſi ſcalpelli opera adhibita ſit, pus omne expreſſerit, & putrefactum quippiam aliqua parte vel ferro præſecuerit, vel igne deuſſerit. His autem & humidorum ſuffluxio & ſubſiſtentia vtilis eſt: altera, vt fiat, quippe cum, quod præter naturam humidum eſt, excernendum ſit: altera, vt ne fiat, quod enim prauum eſt, manere intus non conuenit. Interdum tamen ſubſiſtentia vtilis euadit, quemadmodum in quibus vel vniuerſim exinanire pus ex magno abſceſſu, vel humorem inter cutem volumus. multo item magis in brachijs & cruribus, quæ ſubiecta manuali curationi ſunt, ſuffluxio, & ſubſiſtentia ſeruanda eſt. Simili modo in ſolidis animalis partibus ſeruari hæc in tribus his occaſionibus exhibitione, tractatione, poſteriore habitu ab ægrotante debent. nam ſi attollat partem

eam

A eam ægrotus, atq; ingerat curanti, medicum cogit non cõuenienter inciſionem facere, dum neq; quãtitatem, neq; locum ſeruare permittit, ex eo, quòd ſcalpelli admotionem præuertit, atq; anticipat. Si retrahat vero, deficientem operationem reddit ac mancam. cum medicus vel in media ipſa curatione tantum ſit, vel dimidiatum opus relinquat. atq; hæc quoq; fiunt cum iam deligati ſunt, interdum etiam dum manu curantur, vt puta ſi dum in ventre tractãtur, aut in dorſo ſeſe attollentes in latus diuertuntur: id quod nomine diuerſionis ſignificatur. vel ſi nihil horum faciãt, muſculos vehementer intẽdunt, quam mutationem videtur ſignificare cum ſubiungit: ſic quod debet ſeruatur, & figura & forma eius qui tractatur. Nam quantum malũ afferat, ſi ęgrotus, dum ei interpungitur oculus, figuram & formam non ſeruet, vel eam immutet, vel adeo vehementer intendat, vt facies ſanguine repleatur, cuilibet patet. Simile eſt, cum æger, excidẽte os capitis medico, paululum id vel ſuſtulerit, vel depreſſerit, vel in latus diuerterit, ac deflexerit. exactã enim ex manu curationem labefactat, ac turbat. idẽ facit, ſi vehementius ſe extendat, qui curatur. quippe cum in mutatione habituum, partis quæ tractatur ſitus immutetur: diſtentiones vero in alijs partibus ſanguinis eruptionem efficiant: in muſculis autem non ſolum eandem læſionem afferant, verum etiam partem ipſam altiorem interdum, interdum depreſſiorem reddant, dum vbi
B os ſubtenditur, ſuſpenduntur, vbi inanis ſedes ſubiacet, contrahuntur ac deprimuntur. Id quod in locis circa intercoſtalia & ventrem vſu venit.

20 *Vngues neque excedere debent, neq; deficere digitorum vertices. in vſum exercere digitis quidem ſummis, pleraq; indice ad magnum applicato. tota autem manu prona vtriſq; aduerſis.*

Poſteaquam dixit de eo qui tractatur ex communicatione, nunc ad tractantem redit: quantiq; vngues eius eſſe debeant, quales digiti, quo pacto q; attollẽdi ſint, exponit. nam quãtum ad ſummorum digitorum operationes attinet, quæ ſanè propriæ etiam digitorum ſunt, illud optimum eſt, ſi vngues neq; excedant, neq; deficiant. Sed cum in primo de vſu partium hoc latius tractauerimus, vbi omnem ſummæ manus naturam explicauimus, in præſentia ſatis erit ſi ſola verba hìc clarius exponamus. Cum igitur duplex lectio circunferatur, vtraque explananda à nobis eſt: vna eſt in hunc modum. Vngues neq; excedere debent, neque deficere digitorum vertices: eo q ita fiat, vt parua corpuſcula, ad quæ capienda ſummorum digitorum operatione indigemus, facillime comprehendi queant. Deinde quaſi ab altero principio ſubſequatur: In vſum exercere digitis quidem ſummis, pleraq; indice ad magnum applicato. vt videlicet prioribus verbis de magni
C tudine vnguium digitorum doceat, ſequẽtibus de vſu ipſorum digitorum agat. Altera lectio eſt huiuſmodi. Vngues neq; excedere debent, neq; deficere. Deinde ex altero principio: Digitorum verticibus vſus, verticibus in datiuo caſu: vt talis tota ſententia euadat. vngues neque excedere neque deficere longitudinem digitorum debent, ſed planè ipſi adæquari. quippe cum ſummitatibus ipſorum vſus ſit. id quod neque eſſe falſum videbitur, ſi rem diligenter perpẽderimus. Nãlicet nonnullæ ſint operationes in quibus totis vtimur manibus, cum videlicet circumplectẽtes vtriſq; ipſis vel cubitum, vel femur, vel tibiam cruris, vel tale aliquid atque in diuerſa trahentes extendimus, digiti tamen ibi tanquam partes manus operantur, non ſecus ac vola, & cæterę partes: at cum interpungimus, aut reſuimus, & conſuimus, aut vngues ex oculis excipimus, digitis vt digitis, non vt manus partibus vti conſueuimus. ſimili modo cum ſcalpello, aut tali aliqua re operationem exercemus. in omnibus ſiquidem digitorum operationibus ſummitate ipſorum vtimur. ac propterea recte dictum eſſe, digitorum ſummitatibus vſus non negauerim. Poſtea itẽ ab alio principio ſubiungunt. Exercere digitis quidem ſummis, pleraq; indice ad magnum applicato. hac oratione declaratur plerasq; digitorum operationes ad magnum, quem pollicem vocant, indice obiecto fieri. ita vt vtrorumq; ſummitatibus id, quod capitur, contineatur. tunc enim
D ſolis his duobus digitis operantibus eſt opus. nam ſi etiam tribus captio facienda ſit, ſicut cũ ſpecillo ſublinimus, aut interpũgimus, licet medius aliquatenus etiam ipſe opituletur, duo hi antedicti maiorem partem operationis exequũtur. tota autem manu vtimur in chirurgijs, cum caua eius parte corpus id circumplectimur, circa quod operamur: ac digitos quidem affectos extendere, & conformare, & fingere vel vna ſola manu poſſumus: brachium, aut cubitum, aut femur, aut tibiam vna non poſſumus: ſed vtrasq; adhibeamus inter ſe aduerſas atque oppoſitas neceſſe eſt: quo circum circa membrum quemcunq; comprehendere. tota etiam manu prona vtimur, cum cucurbitulas admouemus atq; imprimimus, cum ex paruo clyſtere exprimimus, cum ſpongiam ſuperdamus, aliaq; multa huiuſmodi facimus. de quibus fortaſſe ob rei claritatem hæc quoq; dixiſſe ſuperuacuum fuit. quippe cum & digitorum & manuum operationes omnes, quæ vtriſq; manibus, quę digitis ſolis, quæ tota manu faciendę ſint, facile meminiſſe per ſe vnuſquiſq; poſſit.

21 *Digitum diducere oportet magnum id quod inter digitos medium eſt. atq; oppoſitum pollicem indici reddere.*

Non enim alio modo fieri poteſt, vt in operationibus pollex indici opponatur, niſi quod medium inter vtroſq; eſt, magnum ſit, id in reliquis quoq; digitis optimum eſt, vt cum vndequaq;

corpus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

corpus aliquod magnum comprehendẽdum eſt, id quamplurimum diſtantes circum circa com- E
plectantur.

Morbus vero, ex quo etiam ij læduntur, quibus in ortu educationibus aſſueuit pollex ab alijs digitis contineri, 22
manifeſtus eſt.

Duplex lectio hic eſt. ſed quia in vtriſq; eadem ſeruatur ſententia, ab ea, quæ clarior, euidentiorq; eſt, incipiam. Quibuſdam placet, vt hoc in cõſuetudinem ex mala quadam educatione referatur, cum conſueuerunt aliqui reliquis digitis pollicem continere: atq; ob id is ocio marceſcẽs paruus, atq; attenuatus euaſit: interuallumq;, quod inter eum & indicem eſt, exiguum effectum eſt. hoc autem in morbum manus, hoc eſt in læſionem deſinit. Alij à morbo hoc contingere inquiunt, qui vel ex pollicis luxatione euenerit, vel ex vlcere aliquo inter indicem & pollicẽ orto, quod in curatione duram cicatricem contraxerit: ita vt vel obduratus muſculus is medius inter duos digitos, vel tabefactus amplius nõ alatur, neq; creſcat. adde q̃ cum magna aliqua interdum putredo inter duos hos digitos cõtigerit, carnemq; corroſerit, ac poſtea dura cicatrice obductus locus fuerit, efficitur, vt paruo interuallo pollex & index inter ſe diſtent, & quaſi vinculo inter ſe connexi adhærea nt: ac præcipue, ſi dura, ſicut dixi, cicatrix ſupercreuerit. nam hæc ita per negli- F
gentiam inoleſcere pueris veriſimile eſt. adulti enim à medicis edocti molliendo ac mouẽdo pollicem medium locum efficere ad alimenta ſuſcipienda idoneum poſſunt. vt omittam q̃ huiuſmodi hominibus totum corpus auctum iam eſt: vt ſi etiam male res ipſis ceſſerit, nõ niſi in maciem, alimentorumq; deſtitutionem læſio euadat. at in infantibus ſi in primo incremẽto affectione aliqua huiuſmodi corripiantur, digitosq; propterea non moueant, fit vt & partes affectæ non amplius augeantur, & quicquid inter vtroſq; digitos intercedit, exiguum ac tenue remaneat. Dicũt igitur nonnullis in hunc modum euenire. alijs cicatrice dura inducí locum: atq; id ex dura quadã affectione partium, quę inter digitos ſunt: ac propterea à vinculo quodam contineri pollicem, id eſt prohiberi quo minus ab alijs digitis ſeparari queat. quidam enim ſunt, qui ita verbum/contineri/interpretẽtur. quãuis illud repugnare maxime videatur, q̃, ſi horum explanatio admitti deberet, neceſſe eſſet/ab alijs/per ἀπὸ/ præpoſitionem dictum fuiſſe, quæ quidem præpoſitio ab loco diſtantiam notat, non per/ὑπὸ, quæ actionem ſignificat: quæ autem in media ſede inter duos digitos affectiones exiſtunt, eam paruam & connexam reddunt. Ac de his quidem illud elige, quod maxime probabile tibi viſum fuerit. nam in ita obſcuris loquutionibus explicãdis diuinatione potius q̃ ſapientia opus eſt. Ad veterem lectionem iam venio. nam hãc Aſclepiades etiam G
corruptam eſſe exiſtimauit: ſanctioremq; & veriorẽ talem eſſe coniecit. Morbus autem, ex quo etiam ij læduntur, quibus in ortu, aut educatione aſſueuit pollex &c. quæ fortaſſe etiam ab ipſo Hippocrate ſcripta fuit. Tarentius tamen Heraclides diſpoſitio ſeu affectio ſubintelligendũ cenſebat: vt integra oratio huiuſmodi eſſet. morbus autem, ex quo etiam lędens affectio ijs contigit, quibus in ortu & educatione, & cætera quæ ſequuntur.

Opera omnia exercere alterutris manibus agentem oportet: & vtriſque ſimul: ſimiles enim ſunt. vtriſque quidem 23
coniectantem bene, pulchre, celeriter, infatigabiliter, concinne, expedite.

Omnia vtriſq; manibus exerceri iubet, eo q̃ vtiliſſimum id ſit, vt & celeriter, & pulchre operationes fiant. qualiſcũq; igitur fuerit medicus dextera manu dexterum oculum, ſiniſtra ſiniſtrũ aggredietur: ſiue interpungere, ſiue vnguẽ excidere, ſiue quippiã aliud huiuſmodi facere oporteat. vnde etiam addidit, coniectantem bene, pulchre, celeriter, infatigabiliter, concinne, expedite. eo q̃ ex ea, quam ſuperius dixit, exercitatione hæc nobis acquirantur: quorum vnumquodq; quo pacto efficiatur, paulo poſt docebit. In præſentia illud tantum animaduertamus, horum docũrinæ caput eſſe/quo modo/quod vnum ex ijs eſt, quæ in prima diuiſione continentur: Aduer- H
tendum item manus ſimiles ob id dixiſſe, quia ſpecie & forma à ſe mutuo non variant.

Atque inſtrumenta quidem, & quando, & qualiter, dicetur. vbi oportet non impedimento eſſe operi: non impe- 24
dimento eſſe aſſumptioni. iuxta autem operantem corporis partem ſint. ſed ſi alius det prompte, paulo prius ſit, &
faciat quando iuſſeris.

Non ſolum ſpathulares crepidines, ſcamna, atq; alia huiuſmodi, quæ machinarium habent apparatum, ſed ea quoq; quæ commoda, id eſt ὄργανα communi vocabulo appellantur, inſtrumentorum nomine intelligi, manifeſte hic declarat, cum dicit: aſſumptioni, & ſi alius det. nam & aſſumimus huiuſmodi omnia in curationibus exercendis, & ab alijs accipimus.

Qui autem circa ægrotantem ſunt, tractandam partem exhibento, ſicut tradita fuerit, reliquum vero corpus 25
detinento, vt non moueatur, tacentes, atq; audientes eum qui præeſt.

Clara oratio eſt, vt nulla noſtra indigeat explanatione.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS, QVI, QVAE IN MEDICATRINA FIVNT, INSCRIBITVR, COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ab affectarum partium, ac ipſarum affectionum natura, communia præcepta de recta deligandi ratione traduntur.

I B

Deligationis duæ ſunt ſpecies, operata & operans. atq; operans quidem celeriter, infatigabiliter,
expedite, concinne. celeriter, abſoluendo opera. infatigabiliter, facile agendo. expeditio autẽ ad
omnia prompta eſt. concinnitas viſu iucunda. ex quibus vero hæc exercitationibus comparen-
tur, dictum iam eſt.

Alia communia vtriſq; deligationibus, alia propria alterius tantũmodo ſunt. Expedite & celeriter deligationis quę fit, propria ſunt: bene & pulchre, iã factę. Deligationem. n. quæ fit, operantẽ, quæ facta iam eſt, operatam vocat. Infatigabiliter aũt & cõcinne vtriſq; ſunt cõmunia. infatigabiliter nomine & ſignificato vtriſq; conuenit: concinne nomine quidem etiã ipſum vtriſq;, ſignificato tñ non ſimili modo. in ea enim quæ adhuc fit deligatio, concinnitas ex manuũ motione exiſtit: in ea quæ iam facta eſt, ex linteorũ iam obductorum circũiectione. tametſi liceat etiã dicere dum adhuc fit circũuolutio faſciarum, exiſtere in operantis deligationis ſpecie concinnitatẽ poſſe. Sed infatigabiliter quoq; in deligatione quę fit, q̃ in iam facta magis ſpectat. ea. n. quæ iam facta eſt, ſola faſciarũ cõpreſſione fatigat, ac dolorem affert: quæ autẽ fit, & hac eadem re moleſtat, & eo q̃ vel apte vel minime continetur membrum, quod curatur. ex eo enim cõprimi interdum ſolet, licet ipſa ligaminũ iniectio recte admodum perficiatur. Poſſumus item dicere ex tangentium quoq; congreſſu vel moleſtante, vel non moleſtante vtriſq; deli- C
gationibus cõmune hoc eſſe. in ea quidẽ quæ fit, ab ijs qui tenẽt mẽbrum quod curatur, cum vel cõprimunt, vel non cõprimunt: in ea quæ facta iam eſt, ex appenſione in manu cũ mitella ſuſpenditur, ex depoſitione in crure cum iniecta ei illa ſunt, q̃bus firmatur, atq; in collocatione ſua detinetur. Adde q̃ ad infatigabilitatẽ deligationis quæ fit, operationis celeritas non parum confert. quæ quidẽ celeritas ab ipſa expeditione maxime abſoluitur. atq; hæc quidẽ deligationis quæ fit, bona præcipua ſunt, vt & detentio ipſa non comprimat, & expeditionis promptitudo adſit. nam error qui in habitu & figuratione committitur, cõmunis ẽt deligatarum partium eſt. nunc vero ſermonem inſtituit de deligatione quæ in cõmoda figuratione fit. figurationum aũt propriæ virtutes ac vitia ſunt, nõ ſecus ac deligationũ, de quibus quidẽ deligationibus tantũmodo in præſentia omiſsis figurationibus agit. Quãdo igitur expedite deligatio fit, celeriter opus abſoluit. nam expeditionẽ, quã εὐπαρίαν vocat, quidnã ſignificet, declarat, cũ inquit: expeditio ad oĩa prompta eſt. hoc aũt fit cum ita præcognouit oĩa ille qui nunc deligat, vt nulla ambiguitas, nullaq; deliberatio incidere ei poſsit, dum operatur, ita ne oporteat, an nõ ita inducere deligationem. Expeditio igitur cum idem ſit quod promptitudo, facillimam reddit operationẽ. at ipſe infatigationem, ex eo q̃ facile agamus, exiſtere dixit. expeditis autẽ & facilibus operationibus annexam eſse celeritatem perſpicuum eſt. Infatigatio itaq; ſeu indolentia vtiliſsima ijs eſt qui tractantur: atq; ob D
ipſam expeditio, quæ celeritatem facillimam operationibus expedit, ac ſuppeditat. Concinnitas vero, quæ, ſicut deinceps ipſe dixit, inſpicientibus voluptatem affert, ex ſuperabundanti appendice medico adiuncta eſt, ad famam apud imperitos augendam. Cui qui ſtudioſus gloriæ eſt, ſuccumbit, vt amator ancillarum: qui vero hominum eſt ſtudioſus, nõ ſuccũbit ille quidẽ gloriæ, ſed conciliare ſibi eam nihilominus ſtudet: datq; operam vt laudet, quo maior ei ab ægrotantibus fides adhibeatur. ita. n. fit, vt magis obedientes eos habeat. id quod in vtilitatem maiorem ipſorum cedit. Nam huic apud vulgus & imperitos gloriæ acquirendæ nõ medicus tantum, verum etiam philoſophus ſtudere conſueuit. quippe cum ſi in honore & admiratione ſit, magis prodeſſe ipſis poſsit, qui & imitari magis ea quæ agit, & parere ijs quæ iubet, perinde ac dei alicuius mandatis, parati ſunt. Ex quibus vero exercitationibus hæc à medicis cõparentur. i. vt celeriter, infatigate, cõcinne, & expedite agant, dictum eſſe inquit. dictum enim eſt, præcipue quidem, vbi ſuperius ita ait: Opera exercere alterutris manibus agentem oportet, & vtriſq; ſimul. ſimiles. n. ſunt. Sed & paulo ante cum inquit: Exercere digitis quidem ſummis pleraq;, indice ad magnũ applicato, tota autem manu prona, vtriſq; aduerſis.

2 *Operata autem bene, pulchre. ac pulchre quidem ſimpliciter, ſyncere. vel ſimilia & æqualia æqualiter, et ſimili-*
ter: vel

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ter: vel inæqualia & dissimilia inæqualiter & dissimiliter. ac spēs sunt, simplex, rotunda, ascia, sima, oculus, rhom E
bus, & dimidiata. accommodando speciem speciei, & affectioni eius quod deligatur.

Cum duas deligationis species esse dixerit, atq; ex eis alteram quæ adhuc fit, operantem, alteram quæ facta iam est, operatam appellarit, in superiori oratione quo pacto operans optime efficiatur, declarauit. hic de operata prosequitur. quam pulchre quidem esse factam oportere ex eo inquit, q̄ simpliciter et syncere inducta sit. simpliciter quidem, si neq; implexam partem aliquam lintei, neq; duplicatam, neq; rugosam habuerit, sed plana tota, ac læuis fuerit. at syncere, cum secundæ ac tertiæ eodem in loco reuolutiones apte effectæ fuerint. Ac mihi quidem videtur hic quoq;, cum duo esse dixerit ex quibus pulchre deligatum esse quippiam potest, alterum. i. simpliciter, sine vlla expositione, vtpote clarum reliquisse: alterum, quod est syncere, explicans subdidisse omnia quæ hic sequuntur. Aduerte igitur animum, ac memor sis eius quod modo dixi, cum syncere apte interpretatus sum. fit enim vt secunda reuolutio fasciæ interdum prorsus æqualis primæ, & ab ea nulla ex parte discrepans inducatur, interdum non æqualis. æqualis autem est, cum oræ latitudinis exacte inter se ita superiectæ sunt, vt neutra aut excedat, aut deficiat: sed vtrarumq; perinde ac si vna sit vnius duplicatæ fasciæ inuolutio, vnus atq; idem terminus esse F
videatur. simili modo & tertia superinducitur, & quarta, si tot opus fuerit. Nam in ea deligatione quæ rhombus, & in ea quæ semirhombus appellatur, seruari hoc exquisite oportet.

In ea vero quæ fracturis est accommodata, cū cubitus, aut brachium, aut femur deligatur, synceritatem alio modo fieri contingit. in ea siquidem duci primam fasciam sursum iubet, secundam prius quidem deorsum, deinde iterum sursum, quoad in eundem terminū cum prima perueniat. id quod nisi oræ latitudinis linteorum inter se varient, fieri nullo modo potest. syncerita tamen inest, si in tota deligatione declinatio à rotunda & circulari
inuolutione æqualis seruetur. Rotunda enim siue circularis ea vocatur, quæ toto circulo absq; G
vlla declinatione affectam partem circūdat. in qua quidem oræ latitudinis fasciæ tam secundæ q̄ tertiæ reuolutionis ita supra se mutuo iniectæ sunt, vt neq; quicquam excedant, neq; deficiant.

At declinantis ab hac rotunda deligationis reuolutionem vel ad superiorem partem membri affecti, vel ad inferiorē duci necesse est. siq; in hac declinatio similis prorsus seruat, syncera prorsus deligatio est. Quòd si ijs quæ diximus animum aduertis, perspicuum iam tibi esse debet, vnum esse modum rotundæ ac circularis fasciarū circumiectionis, qui in se non admittat, vt magis, vel minus esse talis queat: declinantis autē deligationis non vnum. quippe cum fieri possit vt magis & minus altera q̄ altera declinet. Hic enim Hippocrates eā quæ parum declinat, asciam, quæ multum, simam p̄ translationem appellat. nā σκεπαρνον. i. asciā fabri lignarij instrm quoddam vocant, quod in summitate, qua ligna incidit, prominēs quoddā superciliū incurvat: perinde ac crepido. H



Sima vero à Græcis dicunt̄ loca ea parte qua planicies colli committitur. cum tamē neutrum ex his simum per se sit. planicies enim plana atq; humilis procurrit, collis acclivis est, atq; editus. vbi vero inter se concurrunt, ibi figura sima efficitur. idē in via fit qua parte declivitas alteri parti cōiungitur. sic in naribus sima ea pars dicitur, quæ media inter eminentiores subsidit. totus itē nasus ab hac parte simus nuncupatur. quippe cū multæ appellationes eorum quæ partes aliquas afficiunt, toti corpori etiam attribuantur. vt cum simum totum hominem appellamus. non eo
modo homo simus dicit̄, quo crassus & tenuis, aut albus & niger: sed sic vt cæsius, aut fuluus, aut gibberosus, ab oculis videlicet & dorso sumpta appellatione. In naribus igitur, & vijs simitas proprie nominatur: per translationem vero ab Hippocrate hic in deligationibus, non secus ac crepido atq;

A pido atq; ascia pro specie quadam inuolutionis fasciarum sumitur. nam cum asciatim plagulas circūijcere brachio vel cruri iubet, nihil aliud facit, q̄ declinationē à circulari inuolutione ea forma faciendā esse definit, qua ascia fabrilis est. non enim admodum obliquam eam esse vult, vt à rotunda multum abeat, sed eatenus tantum, vt ad confractas partes continendas firmissime sufficiat.

B SIMA. SINCERA. INÆQVAL

Non obscurū aūt est inesse in vtraq; ex his inuolutionibus, vt magis & minus esse eiusmodi posint, cū neutra ex ipsis simplex sit, aut vniformis, sicut rotūda. rotundam. n. & circularē quasi simplici adiūgit. deinceps vero asciam & simam vtrāq; priuatim & seperatim ponit, quē admodū definitū est. Syncere igit̄ quasi discrete & distincte significat, vt dixi. cū oēs fasciæ inuolutiones vel oras i latitudine easdē, vel declinationē statā habēt. statā appello, cū partes fasciæ in latitudine extātes inter se mutuo æquis interuallis distāt. id quod fit, si is qui deligat, ei quā à principio instituit, æqualem subinde declinationem seruarit.

At vero Artemidorus & Dioscorides, sicut in alijs innouant, & veteres lectiones immutant, ita hic quoq; pro simplex, rotunda, simplex rotunde scribendum censent: recte quidem illi hic intelligentes, sed audacter tamen immutātes. cum in plerisq;, licet non bene intellexerint, simili audacia vsi sint. atq; iccirco effectum est, vt mentionem eorum hic fecerim, cū de innumerabilibus quæ in superioribus hucusq; transmutarunt, nihil dicere voluerim, propterea q̄ mihi videbātur hic recte quidem intellexisse, dum tñ clariorem in modū rem audent transmutare, errasse in par-
uis, neq; eo modo intellexisse sicut scriptor volebat. Sed de his semel dictum esse sufficiat. Cum
C igitur prius dixerit Hippocrates, bene quidem simpliciter, syncere, & postea subiunxerit similia & æqualia, æqualiter, & similiter: vel inæqualia & dissimilia inæqualiter & dissimiliter, quasi cōmunem quendam scopum syncerarum deligationum docuit. nam æqualia & similia mēbra corporis æqualiter & similiter in omnibus suis partibus deligari debent: inæqualia vero & dissimilia inæqualiter ac dissimiliter. Verūtamen vetera exemplaria, & qui librum hunc explanauerūt, per defectum lectionem hanc scriptam esse attestantur. inæqualia enim & dissimilia tantummodo legunt, inæqualiter & dissimiliter subintelligendum censent. quippe cū propterea ab auctore fuerit prætermissum, quia manifeste ex conuenientia eorum quæ sunt antedicta, intelligi queat. At enim huiusmodi loquutionis modus breuitatis minime proprium est, sed per errorem inductus videtur. quocirca melius est, si ita scriptum inuenitur, existimare, sicut multa alia etiā ex antiquis exemplaribus deprauata reperiuntur, ita hic quoq; per errorē librarij contigisse, vt verba ea prætermissa sint: atq; ita errorem ad nos vsq; deueniisse. In brachio igitur fasciarū inuolutiones æqualiter & similiter facere possumus: in femore & cubito, ac paulo magis etiam in tibia deficere necesse est. nam in humero, & coxa oppositis partibus est opus ad deligationem faciendam, quemadmodum etiam in lateribus capitis. partes enim frontis, & narium rotundam fasciationem requi-
D runt, quæ æqualiter & similiter inducta sit. eodem modo in vertice & si non rotunde, æqualiter tamen & similiter deligamus. Sed de his in sequentibus accuratius dicemus, nunc ad reliqua pergendum est. Cum tres enumerauerit Hippocrates simplices fasciarum inuolutiones, rotundam, asciam, simam: deinceps quasdam compositas commemorat, oculum videlicet, rhombum, & dimidiatam, quam etiam semirhombum vocant. Postea subiūgit, accommodando speciem speciei, & affectioni eius quod deligatur, speciem deligationis accōmodandam esse inquiens & speciei. i. formæ partis affectæ, & affectioni ipsi quæ in ea est. Species siquidem deligationis, quam oculum vocamus, oculo adhiberi consueuit, vel cum procidentia periclitatur, vel ea causa, vt quæ imposita ipsi sunt, contineantur.

Rhombo in capite vti solemus, cū vel futuras relaxatas, vel vlceris oras expansas constringere, vel cutem aliquantulū detractam contrahere, atq; agglutinare volumus. pro rōne horum semirhombi quoq; vsus adhibet̄.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Atq; hæc quidem vt exempla ſcripta ab Hippocrate ſunt: vt pro ratione ipſorum vnicuiq; parti et affectioni ac commodatam deligationem aut inuenire, aut ab ijs qui inuenerunt, diſcere valeamus. Melius autem eſt, vt qui et docet, non abſolute ac ſimpliciter iubeat, ſed ſimul quoq; viam tradat, qua ipſe deligationem inuenerit. nam qui diſcunt, facile ita vel in memoriam reuocari, ſi eorum obliuiſcantur quæ didicere, vel quæ non didicerunt, cogitare inſuper poterunt. Quocirca ſatius fortaſſe erit, vt nos quoq; propriam in vnoquoq; commentario traditionem faciamus de deligatione, quæ & parti corporis, & affectioni conuenit. E

Bene autem deligandi duæ ſunt ſpecies, validitatis quidem, vel compreſſione, vel multitudine linteorum. F 3

Species appellari hic differentias ſuperius dictum eſt. Quæſtionis aũt non paruæ occaſionem explanatoribus hoc loco attulit, cum non explicarit nominatim duas ſpecies, ſicut in alijs paulo ante fecit. Altera igitur ſpecies in quãtitate effectionis conſiſtit, quam ipſe ἰσοχύν, i. validitatem appellat, cum inquit, validitatis quidem vel compreſſione, vel multitudine linteorum. Eſt.n. quędã moderatio validitatis in deligando, quæ cum excedit, ex compreſſione membrorum eos dolore afficit qui ægrotant: cum deficit, faſciationem laxam reddit. Alteram bene deligandi ſpeciem non dixit: ſed deinceps poſt hæc quæ de validitate ſcripſit, in hunc modum ſubiungit.

Ac partim quidem ipſa deligatio medetur, partim medentibus inſeruit. 4

Hæc aũt bonæ deligationis ſpecies altera minime eſt: ſed communes oĩum deligationum vſus, vtilitatesq;, in vniuerſum comprehendit. in ijs etiam quæ ſubſequuntur quo pacto deligationis moderatio ſeruetur, oſtendit. poſtea de nodo agit. tum ſequentem doctrinam aggrediens, certo tamen inquit ſcientem, in decliuia & in acutum abeuntia deligationem oẽm effugere, atq; elabi: vt in ſuperiorem partem in capite, in inferiorem in tibia, & cætera quæ ſubdit. deinceps de qualitate deligationis pertractat. cũq; in ea ſcire oporteat, vnde initium faſciæ ſingulis partibus, ſingulisq; affectionibus inijciendum ſit, quò finis deducendus, qua ratione mediæ inuolutiones faciendæ, qualesq; eſſe debeant, hæc quoq; edocet: nam vbi inquit, at quæ mouent, vt articuli, qua parte inflectuntur &c. modum inijciendarum faſciarum tradit. & deinceps quo pacto fines ſeruari firmiter queant, oſtendit. atq; inde quæ nam deligationũ opera ſint, cõmemorat. ita vt bene factæ deligationis altera ſpecies quæ validitati opponit, vniuerſa qualitas totius deligationis ſit. quia autem difficile erat particulares huiuſce ſpeciei differẽtias vno cõmuni nomine complecti, iccirco hanc validitati oppoſitam ſpeciem vna appellatione explicare non laborauit, nam hoc ita eſſe ex ipſis Hippocratis verbis patebit, ſi ſingula in clariorem capitum diſtinctionẽ immutẽtur. Nominetur igitur totum hoc genus, euidentioris ac breuioris intellectionis cauſa, quantitas deligationis. nam validitas, vel compreſſione vel multitudine linteorum eo ſignificato accipienda eſt, quo δύναμις. i. potentia, aliquando conſueuit. interdum enim eam imbecillitati opponunt & impotentiæ, interdum latius ac cõmunius ita ſumunt, vt potentiam atq; impotentiam ſignificet. quemadmodum etiã magnitudo modo magnum dumtaxat ſignificat, modo magnum & paruũ comprehendit, atq; alia multa, quæ cum particularia ſint, communi cum vniuerſalibus vocabulo æquiuoce appellantur: ita enim nunc validitatis nomine vſus eſt. quippe cum neq; valide comprimere, neq; adeo imbecilliter faſcijs circundare affectas partes oporteat, vt qui ægrotat, eas ſibi eſſe circumiectas non ſentiat. Multitudine enim linteorum pro quantitate accipiendum eſt. nam neq; hic ea multitudo intelligi debet, quæ paucitati opponitur: ſed quæ tam multum, q̃ paucum continet. mediocritas enim in deligatione bonum, id eſt vtile & conducens efficit. quanquam ſi inter ſe comparentur duæ deligationes, quæ compreſſa magis erit, validiorem, alteram imbecilliorem dicemus. quippe cum abſurdum nihil ſit, ſi licet pro ſubiecta affectione moderata ſemper ſit deligatio, ad alteram tamen comparata vel valida, vel imbecillis appelletur. quando aũt ſoluendum ſit, quando vel intendenda deligatio, vel linteorum multitudo augenda aut minuenda, in libro de fracturis ipſe euidentiſsime docuit. G H

Atq; ad hæc quidem hæc lex eſt. 5

Leges in ciuitatibus orationes quædam ſunt, quæ quod agendum eſt præcipiunt, vetant quod agi non debet, his ſimilia eſſe ea quæ dicta hic ſunt, inquit: cum nullam in ſe coniecturã, aut ambiguitatem habeant, ſicut alia nonnulla quæ in medica arte traduntur. Idem in libro de fracturis dixit, moderatius tamen enunciatione prolata. non enim abſolute ſicut nunc enunciauit, atque ad hæc

A hæc quidem hæc lex eſt, ſed inquit, atq; hæc quidem oratio tanquam iuſta lex de fracturarum curatione conſtituta eſt.

6 *In his autem maxima deligationis ea ſunt. compreſſio, ita vt impoſita neq; abſcedant, neq; innitantur. ſed affulcita quidem ſint, non tamen alliſa. atq; id in extremis minus, in mediis minimum.*

In his, inquit, quæ ad validitatis ſpeciem attinent, maxima præcepta deligationis ea ſunt, vt impoſita ſupra affectam partem. i. lintea, neq; abſcedant abſiſtantq; à corpore, neq; id prorſus comprimant: ſed affulcita quidem ſint, hoc eſt firmiter ſint applicata, non autem alliſa. i. non ita ſtrictim, ac vehementer circũuolutum ſit linteum affectis partibus, vt dolorẽ creet. Atq; hæc de compreſſionis quantitate præcepta minime ea parte qua morbus eſt, tranſgredi debemus: in extremis autem partibus licet ſeruanda ſint, minorem tamen q̃ in mediis curam requirunt. Pulcherrimum ſiquidem eſt vt nullum prorſus errorem in arte committamus, ſin autẽ alicubi errare contingat, ea in parte id eſſe debet, vnde minus damnum reſultat. vbi vero nocumentũ alicuius momenti extat, ibi minime peccandum eſt.

7 B *Nodus & acia diſtributa eſſe debent non deorſum, ſed ſurſum, in exhibitione, & reſpectu, & deligatione & poſteriore habitu.*

Cur huic de deligatione tractationi pter ordinẽ hoc interſeruerit, paulo poſt videbimus: nunc prius tẽtandũ eſt, vt quid ſibi velint hæc verba, intelligamus. Eſt inter explanatores diſſenſio: alij ſurſum ac deorſum de productione in longitudinẽ accipiendũ cenſent: alij de ea quæ ad affectionem mẽbri ſpectat. quid autẽ diſtributũ eſſe aut in acia aut i nodo ſignificet, neutri explicauerũt. Nodum quidẽ vocari vinctionẽ, quæ ex faſcijs inter ſe connexis, complicatisq; fit, ſiue duobus capitibus, ſiue altero tantũ in duo crura diſciſſo, ſiue tertio extrinſecus iniecto, quod comprehenſamentum vocant, nemo eſt qui neſciat.



D ab inferioribus ad ſuperiora traijci queat, quin etiam neutro modo, ſed declinando à ſiniſtra ad dexteram, vel à dextera ad ſiniſtram, in vnaquaq; diſtãtia ſurſum ferri ipſum iubet. nam ſi caput faſcię ſubiectis eius partibus aſſuendum eſt, in quibus deligationibus oppoſitis regionibus opus non eſt, vt in brachio, & cubito, & femore, & tibia, vel à ſiniſtra ad dexteram, vel à dextera ad ſiniſtram acum traijciamus, neceſſe eſt. atq; vtrolibet modo, dare operam debemus, vt declinando ſemper in ſuperiorem partem finem faſciæ ſubiectis inuolutionibus aſſuamus. Vbi vero oppoſitæ partes requiruntur, vt in humero, & coxa, illud ſtudendum eſt, vt finis faſciæ in ſuperiorem partem feratur: atq; ibi acu ab inferiori parte ſurſum traiecta futura inijciatur ita, vt non ſuperiorem partem ad inferiorem detrahamus, ſed inferiorem e contrario ad ſuperiorem attrahamus. quippe cum alterutrum effici in conſutione liceat. quocirca traiecta acu filum trahente inferiorẽ parrem ad ſuperiorem attollere, non deprimere ſuperiorem ad inferiorem debemus: id ſpectantes, vt à ſuperioribus faſciæ partibus inferiora ſurſum attrahantur. atq; hoc facere nos iubet, dum æger dignoſcendam affectam partem medicis exhibet, dumq; eam ita collocãt, vt reſpectu ad medicum habito curationi ſuſcipiendæ ſit accommodata, tertio dum deligatur. primã occaſionem in exhibitione appellauit: ſecundam, in reſpectu: tertiam in deligatione. ſed quarta quoq; eſt, quã ἐντάξεα, i. in compreſſione vocat. nonnulli tĩ pro ἐν τάξει ἐνστάσεως legendum cenſent

Nodus à me ſuperiorem partem ſimilem eſſe ijs quæ in capite fiunt, ſed ſurſum ac deorſum de productione in longitudinẽ accipiendũ cenſent: alij de ea quæ ad affectionem mẽbri ſpectat. quid autẽ diſtributũ eſſe aut in acia aut i nodo ſignificet, neutri explicauerũt. Nodum quidẽ vocari vinctionẽ, quæ ex faſcijs inter ſe connexis, complicatisq; fit, ſiue duobus capitibus, ſiue altero tantũ in duo crura diſciſſo, ſiue tertio extrinſecus iniecto, quod comprehenſamentum vocant, nemo eſt qui neſciat.

Notum itẽ vnicuiq; eſt, aciam dici filum per foramen acus traiectum, quo vel partes corporis diſſectas inter ſe committere, vel caput faſciæ ſubiectis partibus aſſuere conſueuimus. atq; hic de ea acia agit, quę ad futurã faſcię inijciendã prę parata eſt. cuius diſtributionẽ ſurſum ferri vult.

Quid vero diſtributionem appellet, ex ipſo licet cognoſcere, q̃ ſæpe hoc nomine, pro faſciarum ab initio vſq; ad finem inuolutione vtitur. nam in fracturis initium vtrarũq; faſciarum ſupra ipſam fracturam collocandũ iubet, tum primæ diſtributionem ſurſum, ſecũdæ primũ deorſum, deinde ſurſum eſſe faciendam cenſet: diſtributionem vocans totam faſciarũ quaſi progreſſionem, quam à principio vſq; ad finẽ inuoluendo circum ægrum corpus efficimus. Simile quid in acia diſtributio ſignificat. cũ enim acus & ex ſuperioribus partibus ad inferiora, & è contrario

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

posteriore habitu,quod mihi magis placet. cum post absolutam curationem in eo habitu mem- E
brum reseruatur,qui maxime est accommodatus.hanc.n. occasionẽ posteriorem habitum supe-
rius quoq; nuncupauit.In omnibus igitur his temporibus sicut vnam formã inuolutionis fascia-
rum seruari,ita nodi quoq; & aciæ distributionẽ sursum semper attolli vult: quô caput videlicet
fasciæ firmiter sublatum à totis reliquis inuolutionibus contineatur.Illud vero consideratione di
gnum videtur,quod ab explanatoribus prætermissum fuit:quo pacto nodi & aciæ distributio si-
cut in reliquis occasionibus,ita tũc quoq; sursum ferri debeat,cum ægrotantes medicis inspicien
dos sese exhibent.Nam cũ alij ad medicos ingrediendo ipsi accedant, alij gestatione deducantur,
sicut ipsis visum fuerit,membris affectis aliquando vel appensis vel deligatis, aliquando vtroq;
modo iam dispositis,penes eos qui prius hæc fecerunt,nodorum & aciarum fuit facultas,non pe-
nes medicos qui postea inspecturi ipsos sunt,vel curaturi. Fortasse igitur tũc quoq; medicis esse
opus existimat.quippe cum incidat interdum,vt in itinere, aut in agro percussiones nõnulli, aut
luxationes,aut vulnera patiantur,vbi neq; medicorum plurium conuentus diligentioris consi-
derationis causa fieri potest,neq; instrumentorum,aut supellectilium necessariorum, aut linteo-
rum,aut laqueorum,quæ omnia ad curationẽ requiruntur,copia adest. Ea itaq; in occasione qui
aderit medicus,quibuscunq; potuerit linteis membra affecta deligabit,atq; excipiet. & si vel no- F
do vel sutura constringere opus fuerit, accõmodate id præstabit. In vrbem autem reuersus æger
consuetis medicis sese exhibebit.primum,vt accuratius quid passus fuerit,cognoscant:deinde,vt
vel luxatos articulos reponant,vel fracta ossa conforment,vel vulnera consuant,vel contusis con
uenientem curationem adhibeant. quæ cum fecerint medici,postea deligabunt.post deligationẽ
membrum accommodato habitu deponendum curabunt.

Initia non ad vlcus,sed hinc vel inde nodum inijcere oportet. 8

Quid inijcere nodum hic sibi velit,ex modo explanatis manifestũ est. in superiori.n. oratione
nodum & aciã inter se distinxit.nunc alterius tm meminit,eo q; acia quoq; potest in nodũ desine
re:immo in eum oĩno finit in oĩbus quæ suuntur.quippe cum non absolute acus traijci p ea quæ
suunt,consueuerit,sed cũ acia inserta,quæ inter se partes eorũ nodo astringit.Sæpe igit fit,vt,ppe
inter se & initiũ aciæ &nodus sit,quẽadmodũ cũ cutẽ consuimus.interdũ multũ inter se distãt,vt
in fascijs euenit.in quibus sæpe ex multo interuallo adductę partes acię in cõem nodũ colligunt.



Videtur igit nũc dicere, non ea parte inijcien
da esse initia aciæ, qua vlcus est. quo præcepto G
intelligitur,neq; nodum intendi supra vlcus de-
bere.quippe cum sic fiat,vt non tantum à nodo,
sed à fascia quoq; ipsa vlcus comprimatur vehe-
mentius constipata qua parte nodum constrin-
gi paulo violentius debet, vt cõtinere possit.ita
quoq; si absq; acia nodus fit,aut capitibus fasciæ
inter se innexis, aut aliquo extrinsecus iniecto
vinculo, fieri supra ipsum vlcus minime conue-
nit. ipsum enim comprimit, præsertim si vel te-
nuis ea parte fascia subest, vel sine lana circũie-
cta est.Mihi tñ hic videtur Hippocrates de connexione in nodum tam aciarum q̃ mitellarum in-
tellexisse.Nonnulli vero existimãt initia fasciarũ iubere eum supra vlcus non imponi. quorũ alij
locũ hunc ita ẽt legunt:vere illud quidẽ,non tñ ita,vt proposita res postulat:quippe cũ non de fa-
scijs,sed de acia & sutura præsens oratio instituta ei sit. nam vera sanẽ & arti congruens hmõi le-
ctio est,qua dicũt,initia fasciæ non supra vlcus,sed hinc & inde esse inijciẽda.i. ex alterutra parte H
vel dextera vel sinistra. Ita.n.fit,vt quod in libro de fracturis scripsit,recte dictum esse,neq; aduer
sari p̃senti huic orationi videat.cum.n.ibi initia fasciarũ supra partẽ affectam, siue fractura ea fue
rit,siue vlcus,neq; superius,neq; inferius inijcienda esse iubeat:de distantia p longitudinẽ intelligit.hic nõ ad longitudinẽ,sed latitudinem spectans initia nõ supra vlcus,sed hinc & inde inijcere
oportere asserit,ex alterutra latitudinis parte vltra vlcus. non.n. hoc impedit quo minus neq; su-
perius neq; inferius iniectionẽ hanc esse factã intelligamus. Qui tñ librum hunc explanauerũt,
lectionẽ hanc non agnoscũt.quocirca merito dubitant quid sibi velit hic Hippocrates,cũ inquit,
Initia nõ ad vlcus,sed hinc vel inde nodũ inijcere oportere. Ac quibusdã placet initia fasciarũ pro
extremis esse intelligẽda,cum tñ extremũ seu terminus,quod πέρας dicũt,generalius sit q̃ initiũ.
quemadmodũ Plato ẽt nos docet,extrema inquiens & terminos & initiũ & finẽ significare.q; si
generaliorẽ appellationẽ pro specialiori sumere possumus, licebit initiũ extremũ appellare,non
secus ac finem:finem tñ esse initium dicere nõ licebit. At enim cũ nullius alterius rei initiũ intel-
ligi queat q̃ fasciarum,aut aciarũ,aut mitellarum,fieri aũt non posit,vt de fascijs intelligamus,de
acijs & mitellis intelligendũ est,seu si placet de fimbrijs.nã hæ quoq; deligationẽ possunt cõtine-
re,quẽadmodum ẽt angustæ habenæ,quæ extremis partibus inter se innexæ vinculum efficiunt.

Nodum

9 A *Nodum autem neq; in mora,neq; in opere,neq; eò vbi mane,ne in inane iaceat.*

Cum in superiore oratione initia eorum quæ nodum efficiunt,non esse supra vlcus statuenda
censuerit,sed alio in loco,quo videlicet nodus quoq; poni debet,nunc loca ipsa vbi ponendus no
dus est,docet.Rerũ.n.doctrina aliqñ fieri ex earũ accidentibus consueuit.ita aũt appellãt ea quæ
cum possint accidere,nõdum tñ acciderunt.estq; oratio hæc huiusmodi sententiæ: Nodũ colloca
re debemus nõ supra vlcus,sed ea parte,qua distributio eius ferri sursum valeat, obseruãtes ne in
mora,aut opere,aut inani eũ constituamus.Morã vocat eam partem mẽbri,qua vel inflexum,vel
extentum,vel in latus morãs operat.estq; mora ingredienti homini planta pedis, cubanti totum
dorsum,& maxime extantes eius partes,capitisq; occipitium, sedenti natium inferiora. q; si quis
deligatus operaturus manibus est,qua operatione vsurus sit,& circa quæ extrinsecus, diligenter
inspicies,quo moram eius possis inuenire.operationes autem circa dearticulationes fiunt: quo-
circa eæ tibi sunt obseruandæ,ac præcipue illæ quæ deligato membro operaturæ sunt.Nam bene
Hippocratẽ hic præcepisse,ne nodus qui totam deligationẽ contẽturus est,supra partes ponatur,
quę in motionibus immutant,perspicuum est.quippe cum alioqui interdũ laxiores,interdũ com
B pressiores q̃ conueniat,nodi ex qualibet motione euasuri sint. Quod aũt in fine huius orationis
dixit,inane.i.κενεόν,vanum oẽs interpretãtur,ac si inefficax atq; inutile dixisset. Græci.n, κενεοὺς eos
vocant,qui ab ortu & surdi simul & indistincte loquentes nascuntur: qui videlicet in vitæ actio-
nibus prorsus inutiles sunt.ita igitur quod deligationem nihil iuuat, appellasse inane Hippocra-
tem aiunt.quanq̃ fieri potest,vt per κ literam scripserit Hippocrates κενεόν, & per errorem postea
omissa prima litera ἐνεόν librarij posterint.ex qua tñ lectione eadem sententia existet. κενεὸν enim
est,quod à nobis κενὸν, id est inane,& vanum dicitur,quod inutile appellant. Quoniam igit mul-
tos scimus vel ex ignorantia,vel dũ videri volunt esse diligentes, inutiles nodos fascijs inducere,
ideo subiungit,ne in inane iaceat,i.in vanum,quod videlicet etiam inutile est. Visum autem est
cuidam ex interpretibus huius libri inane hic dici vacuum locum: id est alam, poplitem,inguen,
quæ humero,genu,coxæ opposita sunt.corpori enim esse impressum atq; innixum oportere no-
dum aiebat,non in concauitate depressum.cuiusmodi esset,si sub ala,aut poplite efficeret. Quòd
si hoc non admodum probabiliter dictum esse videatur,non est tñ reijciendum, vti siquidem eo
possumus.quippe cum in ijs quæ tuta sunt,mediocriter etiam probabile satis esse debeat.

10 C *Nodum & aciam mollia & non magna esse conuenit.*

Rursus hic,sicut in principio,duorũ nominũ fecit mentionẽ, inter se res distinguẽs,de quibus
dicunt.aciamq; appellat illud quod vnà cũ acu traijcit,siue linũ id sit, siue lana,siue quippiã aliud
huiusmodi:nodum autẽ quod ex habenarum aut crurum fasciarum implexione,ac nexu fit.quo
rum vtrunq; molle quidem esse debere,ne locum ægrũ comprimat, perspicuum est. non magnũ
aũt etiam esse oportere celeritas,quã in operationibus laudat, declarat:cũ in longis acijs esse non
possit:neq; item in longis habenis,& fasciarum cruribus, & comprehensamentis. nominibus.n.
his ea appellant.Nodi igitur magni dependebunt,molestiãq; insuper exhibebunt, dum vulnera
nexu ipso qñq; attingent.Apte autem,non magna,dixit, cum posset parua dicere, propterea q;
sicut magnum ob has quas dixi absurditates fugiendum est,ita paruum quoq; non est admitten-
dum.cum in operatione ipsa iniectorum digitorum prehensiones facile elabatur, & in moram
temporisq; longitudinem rem inducat.sæpe etiam è connexione ob breuitatem effugiat,atq; ita
iterum nos operari circa idem cogat. Quin etiam fit interdum, vt paruus nodus innexus esse vi-
deatur,& postea in depositionis tempore dissoluatur. Consentaneũ igitur est, vt & nimis paruũ
non secus ac magnum euitantes,quod mediocre est,sicut in oĩbus,ita hic quoq; eligamus. id aũt
D per alterius extremorum negationem interdum nominant.quemadmodum hic Hippocrates se
cit,dum non magnum dixit.qui si non paruum etiam dixisset,idem potuisset exprimere.

11 *Certo tamen scientem in decliuia & in acutum abeuntia deligationem omnem effugere. Vt in superiorem partẽ in capite,in inferiorem in tibia.*

Si pro,certo scientem,certo scire dixisset,perfecta esse oratio ex se, & non pendere videretur.
nunc vero suspensa esse adhuc videtur.vnde nonnulli cum sequentibus eam connectendam cen
sent,vt integra huiusmodi euadat:Certo tamen scientem in decliuia & in acutum abeuntia deli-
gationem omnem effugere, vt in superiorem partem in capite, in inferiorem in tibia, deligare
oportet dextera in sinistra, & sinistra in dextera,excepto capite. Sed hoc nullam habere conue-
nientiam videtur.non enim propterea eiusmodi deligationes faciendæ sunt, quia nodus in decli
uia & in acutũ tendentia fieri consueuerit:sed alia de causa,vt deinceps ostendemus, dextras par-
tes in sinistras,& sinistras in dextras deligare iubet.Nam hoc,certo sciẽtem in decliuia & in acu-
tum abeuntia fugere deligationem,eò vsq; pendet, vbi inquit, Insuper autem circũijcere opor-
tet tum comprehensionis causa eorum quæ circa hæc sunt, tum reprehensionis vniuersæ fasciæ
in quiescentibus,& calsioribus partibus corporis:& quæ sequuntur. quæ quidẽ ego paulo post

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

explanans hoc idem manifestius declarabo. nunc cum præter ordinem interiecta hæc sint, per se ipsa sunt consideranda. E

Deligare oportet dexteras partes in sinistras, & sinistras in dexteras, excepto capite: id enim per processionem est deligandum. 12

Huiusce præcepti maximus vsus in fracturis est. Circũducere enim semper est necesse in contrariam partem, cum in altera vlcus reperitur. si dextra pars affecta est, in sinistram: si sinistra, in cõtrariam. quemadmodum cum totum os per transuersum fractum fuit, æquilibrem deligationem adhibere, plagulis ea figura, quæ rotunda & circularis vocatur, circũiectis, consueuimus. Quod igitur inquit huiusmodi est: Deligare debemus dextras partes affectas, ad sinistras fasciam circũducentes: sinistras vero in contrarium ad dextras. id aũt fit, cum initium fasciæ in parte affecta ponimus, non supra fracturã quidem, aut vlcus planè, sed hinc vel inde. altera vero manu in contrariam partem affectæ simul adstringendo circũducimus. vbi aũt ad oppositam partẽ fascia circũuoluta iam deuenerit, nõ amplius simili modo constringimus: sed ita tñ prorsus circunducimus, quoad circumuoluta in orbẽ fascia suum initium repetiuerit. quod vbi factum fuerit, partem eã fasciæ, quę illuc deducta est, supra initium quod manu altera continebamus, iniectã eadem manu firmiter detinemus. atq; inde alterã inuolutionẽ exordimur eodem modo, quo in prima fecimus, constringendo & circunducendo in contrariã partem. postea circumuolutam fasciã ad initium similiter continemus, & rursus altera manu attollimus pari modo, vt prius astringendo, & circũducendo ad partẽ oppositam. Neq; tm membra longa. i. crura & brachia, ad hunc modũ solemus deligare, verum ẽt costas. si enim ea quę affecta est, in dextra parte fuerit, initio fascię ibi impositio in sinistram, sicut dictum est, cõuoluimus: sin in dextra fuerit morbus, inde quasi progressum & viam deligationis exorsi in dextram partem deuenimus. Caput aũt ita in orbem circũligare non licet, propterea q̃ collum quod ei annexum est, impedit. quocirca in capite siue in dextra, siue in læua parte vitium sit, quod deligatione indigeat, deligationem per processionem, id est per directum adhibere consueuimus: fascia videlicet à vertice ad extremam vsq; mandibulam deducta, atq; inde sursum reducta, deinde iterum vltro citroq; vsq; in finem vel bis vel ter, si toties opus fuerit, conuoluta. finis autem in vertice, quæ sedes ei est stabilissima, omnino collocandus est. F

DELIGATIO P CONTRARIAS PARTES. DELIGATIO P PROCESSIONEM.

Contraria vero ex duobus initijs. quòd si ex vno, ad id quod simile est in stabile deligandũ est. vt est media capitis pars, & si quid aliud huiusmodi. 13 G

Duas sententias admittit hæc oratio. vel. n. de oĩbus partibus corporis, vel de solis capitis partibus intelligenda est. cum. n. dixerit, excepto capite, id. n. per processionẽ est deligãdum, postea de capitis partibus inter se contrarijs agit: quarũ altera retro est, circa occipitium, altera ante, circa frontem, quas ex duobus initijs deligandas censet. deligationes aũt ex duobus initijs sunt, cum media parte totius fasciæ supra locũ affectũ collocata æqualis hinc inde pars in oppositũ deducitur: ita vt fines in frontẽ, ibi. n. stabilior occipitio sedes est, deueniant. At si de oĩbus corporis partibus intelligere velimus, contraria dicemus hic appellari alterutras partes simili modo affectas, id est vel dextras & sinistras, vel anteriores & posteriores. nam cũ hæ simili modo affectæ sunt, vt in fracturis quæ caulatim factæ appellanr̃, hoc est p̃ trãsuersum, deligatiões ex duobus initijs sunt faciẽdæ. quẽadmodũ diximus fieri ĩ plagulis, quæ asciatim circũuoluebanr̃. Quôd si ex vno initio H deliges, inquit, hæc, ex similitudine deligationis quæ ex duobus fit, fasciam circũuoluens in sedẽ stabilẽ finem eius applicabis. stabilis aũt sedis exemplum mediam capitis partẽ posuit, id in præsentia satis esse existimans, propterea q̃ paulo post totam hanc rem est accuratius tractaturus: vbi docebit, quo pacto finis deligationis fieri debeat, vt tota deligatio firma atq; immobilis conseruari queat. quod enim inquit ad id quod simile est/de vtriscq; tam de tota fasciæ distributione & volutione, quàm de fine eius est intelligendum.

At quæ mouentur, vt articuli, qua parte quidem inflectuntur, sicut poples, q̃; minimum ac succinctissime sunt obuoluenda: qua distenduntur, vt patella, simpliciter & late. 14

Quàm minima obduci lintea in poplite, et similibus partibus iubet, & maxime succincta, id est in breue spaciũ cõtracta & collecta. oppositã vero poplitι partẽ contrario mõ deligãdam cẽset. cõtrario aũt modo est, oĩbus expãlis, nullaq; ex parte contractis, quatenus

A quatenus fieri potest. omnia vero mẽbra articulis connectuntur in flexu simili modo vt poples, in extensione, vt patella, patellam autem quam μύλλην, id est molam hic vocat, ἐπιγονυϊδα nonnulli, alij ἐπιγονατίδα, id est supergenualem appellant. In hac igitur latam atq; explicatam inijci fasciam debere inquit, quę totam ipsam complectatur. nisi enim ita fiat, vel in superiorem, vel inferiorem partem ob eius incuruationem lintea elabentur. popliti aũt contractam fasciam obuoluι iubet, quippe cũ locus is in latitudinem explicatam fasciã neq; admittere valeat, neq; conseruare.

Insuper autem circumijcere oportet tum comprehensionis causa eorum quæ circa hæc sunt, tum reprehensionis 15 *vniuersæ fasciæ in quiescentibus & cassioribus partibus corporis, vt est & supra, & infra genu.*

Breues huiusmodi loquutiones laudandæ sunt, cum vno nomine fit, vt tota oratio clara euadat. quemadmodum hic, comprehensionis nomen totam orationem hanc declarat, qua in hunc modum diceremus: finem deligationum in articulis firmiter contineri oportet quadã superabundante circumiecta obligatione extra dearticulationem. Reprehensionis item verbum, id manifestat, quomodo cura habenda sit, ne vel in decliuia fascia delabatur, vel recurrat in ĩncuruata & gibba, quæ ipse superius ἀπόξυσιν, id est in acutum abeuntia, nũcupauit, vbi dixit, Certo tamen scien B tem in decliuia & in acutum abeuntia effugere deligationem. Atque hinc simul patet, recte à nobis dictum esse ea, quæ hic dicuntur ab Hippocrate, antedictis illis consentire, ac continuari, quæ modo commemorauι, vbi videlicet aiebat, Certo tamen sciẽtem in decliuia &c. Adde quòd breuissime idonea loca vbi fines fasciarum collocandi sint, duobus nominibus est complexus, quiescentium, & cassiorum partium. quiescunt enim quæcunque extra dearticulationes sunt, in vtriscq; ossibus, quæ sibi mutuo innectuntur. vt in genu pars vel circa femur, vel circa tibiam huiusmodi est. nam hæ quoq; cassiores sunt, quatenus humiliores. ita siquidem vocat partes, quæ contrario modo quàm eminentes sese habent, id est quæ sunt demissæ, & humiles. cassum enim omne, quod λαπαρὸν dicit, humile ac depressum est. λαπαρὸν enim, id est cassum, vanum proprie ac vacuum significat, sicut etiam λαπάξαι verbum, quod est cassare, nihil aliud est, quàm exinanire. vnde etiam apud Homerũ ἐξελαπάξαι. i. decassare, vbi inquit, Decassare altæ bene cõdita mæ- " nía Troiæ, vrbẽ euacuare ac diripere significat. Cassas quoq;, id est λαπαρὰς, corporis partes eas vocant, quæ inter iliorum ossa, & adulterinas costas intercedunt. postea omne, quod depressum est, & subsidit, cassum, hoc est λαπαρόν, vocant, propterea q̃, quod vacuum est, depressum esse consueuit, translatione ab eo sumpta, quod communiter accidit.

16 C *Humeri deligationi ea quæ fit per alteram alam circunductio consentit: inguinis, quæ per alterũ ile fit: tibiæ, quæ supra suram obuoluitur. quibus sursum elapsio abit, deorsum: quibus deorsum, e contrario reprehensio injicienda est.*



REPREHESIO CIRCV ILE ADVERSV REPREHESIO CIRCV ALAM.

D

REPREHENSIO SVERA. SVRAM.

Deligationis omnis, quæ videlicet per se, non eorum, quæ imposita sunt membro affecto, continẽdorum causa admittitur, scopi ac fines sunt, vt partem affectam, sicut cõformata fuit, immobilem contineat, sineq; inflammatione conseruet. id quod in libro de fracturis satis edocuit. sed quia id præstare nequit deligatio, nisi ipsa prius stabilis sit, nec inferius aut superius dimoueatur, iccirco fit, vt illæsis membris & sanis circũducere fascias cogamur: vt qua parte sursum ferri eam verisimile est, reprehensio detrahat ad inferiora. vbi ne deorsum delabatur timemus, superius attrahat. in quibusdam etiam reprehensio, quæ per oppositas partes fit, vtilior est, quemadmodum in humero & inguine. in humero quidem non circum alterum humerũ, sed circũ alam: in inguine circum ile aduersum fieri obligatio debet. quippe cum neque humerus, neque clunis, sicut ala & ile, seruare & detinere obligationes firmiter queat. Ile autem, id est κενεὸν, vt modo dixi, locus appellatur, qui est inter thoracem & os coxæ, propterea quòd κενεὸν id est cassum & vacuum, id est depressum est. Perspicuum autem est consentire hic pro conuenire & congruere esse sumptum. eo quòd qui paciscuntur & consentiunt in honestis rebus, non modo contrarium quicquam neque agunt neque dicunt ijs, quæ pepigere, sed præstant omnia: sic sedes hæ legi deligationis obsequuntur, & congruunt. Simili modo quoque in tibia cum facile effluere possit deligatio, vtile est, si supra suram linteum circunducatur, in illis videli- cet

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cet deligationibus,quibus cõplecti posteriorem carnosam tibiæ partẽ,quam γαστροκνημίαν vocant, E necesse est.Nã si iuxta malleolos deligandum sit,inde stabilitas ac firmitas comparabitur: cũ inter duas prominẽtes partes fascia sit collocata:habeatq; infra extuberantes surę ossis & tibiæ processus,quos talos nonnulli non recte appellant:supra vero, ipsius carnosum tibiæ tumorem.

In quibus vero hoc non est, vt in capite, his in planissima parte comprehensiones faciendæ: minimeq; obliqua de 17
ligatione vtendum est.quoniam quod stabilissimum est, postremo circumiectum vel maxime errabunda continet.

COMPREHENSIO DELIGATIONIS I. FRÕTE.

Quibus membris neq; appositum quicquam tale est, vt in tibia, neq; oppositum, vt in humero & inguine, in his qualem facere deligationem oporteat, docet, nominatim capitis facta mentione. iubetq; in his in planissimo loco totius deligationis facere cõprehensiones. quod fit, cum finem ipsius neutram in partem declinantem rectissima terminatione conseruamus, siue in frontem, siue in mediam partem capitis, vbi est quod F sinciput, hoc est βρέγμα appellatur. finis enim fasciæ, quæ ad mentũ deducitur reduci apte in mediam partem capitis potest absq; vlla declinatione. at quæ orbiculariter circũducitur, in frontem simili modo neutram in partem declinatione facta finem remittit. nã in circũductione posterioribus quoq; capitis partibus obuolui consueuit, qua occipitiũ est. quod inter collum & posteriorẽ caluariæ gibbum subsidit. Propterea igit dixit extremã fasciæ conuolutionẽ minime obliquam esse oportere, quia cũ reliquas priores sæpe obliquas efficere cogamur, quo locus affectus qui aliàs alijs in partibus reperitur, circũtegi valeat, fit, vt extrema conuolutio nulla obliquatione circumiecta reliquas obliquas contineat. quippe quę hac firmitate stabilitæ immotę etiam ipsę permaneant. Sicut in capite, sic vel supra vel infra genu animaduertendum est, vt extrema inuolutio planè recta absq; vlla declinatione seruetur. at in inguine & humero, vbi aduersas quoq; partes cogimur obligare, conuolutiones extremæ fieri orbiculares absq; vlla declinatione debent, per vtraq; ilia, cum inguen, per vtrasq; alas cum humerus deligandus est. his consentienter in cubiti articulatione deligatio fit.

Quibuscunq; neque comprehensio neque reprehensio apte adhiberi limteis potest, acijs coniectione aut consutione G 18
reprehensiones faciendæ.

Quod inquit huiusmodi est: In quibus partibus aut affectionibus difficile est linteis ipsis comprehensionem capitis fasciæ, & reprehensionem facere, in his acijs aut circumiectis in orbem, aut finem fasciæ consuentibus comprehensiones faciendæ sunt. Quæ autem corporis pars eiusmodi sit, vt comprehensionem & reprehensionem linteis difficulter, acijs facilius admittat, neque ego dicere cum reliquis explanatoribus queo. Quemadmodum tamen an sint aliqua, quæ talem deligationem non tolerent, ignoro, ita illud noui nonnulla esse in quibus vel minima affectæ partis motio dolorem maximum creet. Quemadmodum non multo ante tempore cuidam cõtigit, qui ex casu adeo circa spinam dorsi afflictatus fuerat, vt ne si minimum quidem moueretur, ferre magnitudinem doloris posset. qua ex causa cum detrahenda ei esset tunica, coacti fuimus non eam exuere, sed omnibus dissolutis futuris quãplurimos adhibere, qui totum hominis corpus detinẽtes sublime æquali ponderatione supra porrectum subleuarent supra sellam latam, cui panniculus impositus esset, qui superiectum lanæ hapsum haberet: ita enim iussimus, vt cumprimũ à detinentibus hominibus ægrotus è lecto fuisset subleuatus, panniculus sellę per latitudinem impone H retur, & spinæ suspensi hominis supponeretur. nos vero alterum lanæ hapsum oleo calido imbutum paratum habentes, simul atq; tunica fuit detracta, celeriter spinæ circũiecimus, atq; hominẽ supra alterũ subiectum collocauimus. atq; ita primum madefactæ lanæ, deinde siccæ, postea panniculi capita ad anteriores corporis partes attracta inter se futuris commissimus. Quod si nõ futuris hic, sed acijs tantummodo voluisset quispiam firmitatẽ deligationis efficere, ipsas primas omnium non post deligationem infra panniculum subiecisset. Simili modo in partibus circa coxã, necnon circa femur, circa brachiũ item aliqñ, & circa colli posteriorẽ partem operatio succedit.

Fasciæ mundæ, leues, molles, tenues sunto. 19

De materia fasciarum hic docet, quas mundas, leues, tenues, & molles adhiberi iubet: Mũdas, ne si sordidæ sint, & asperitudine infestent, & prohibeant, quo minus vis infusorum humorum ad corpus possit penetrare: Leues, ne locum affectum grauent: Tenues, propterea q; quæ sunt huiusmodi, tum leuiores & molliores etiam esse, tum infusiones facile transmittere cõsueuerunt: Molles autem, ne locus affectus comprimatur. Euidens præterea est, vnunquodq; horum ad id etiam conferre, ne inflammatio aliqua ea in parte excitetur.

Inuoluere

20 A *Inuoluere vtriusq; simul, & alterutris separatim exercere opus est.*

Quod superius, cum de omnibus, quæ ad manuum operationem attinent, exercendis ageret, in vniuersum alterutris & vtriusq; simul manibus operandum dixit, id nunc de sola inuolutione præcipit. talis enim manuum exercitatio ad celeritatem operationis, id quod est maximum in do lentibus, vtilissima est. cum duæ videlicet manus simul in deligationibus ex duobus initijs iniectis, altera tantum in reliquis fasciam inuoluit. quãquam in his quoq; alterutris vtendum est per vices sibi mutuo succedentibus. nam in illis, quæ ex duobus initijs fiũt, vtraq; vno eodemq; tempore simul operantur. cum enim mutuo sibi succedant, altera circumuoluens fasciam præcipuam deligationis partem exequitur, altera ad ministerium huius vtilis cuadit.

21 *Ad latitudines & crassitudines partium coniectans conueniente vti debet.*

Præcipit, vt ad latitudines & crassitudines deligandarum partium spectantes conuenientem vnicuiq; deligationem inueniamus. Nam cum superius dixerit, quomodo deligatio recte absoluatur, cum docuit vnde incipiendum sit, quomodo inuoluí lintea debeãt circa partem affectam, vbi finis fasciæ collocandus, quo pacto comprehensiones faciendæ, qua ratione, nodis, & acijs
B vtendum sit, animaduertendum est eum nihil de his quicquam dixisse. non enim ex latitudine, aut crassitudine deligandorum membrorum quicquam sumptum superius est: sed ex affectione ipsa, & figura membri, quod morbo afficiebatur. Nunc igitur conuenit, vt doceat, quæ bona in deligatione eueniant, cum ex latitudine & crassitudine partium, quę deligantur coniecturã sumimus. ex his enim linteorum latitudo & crassitudo percipitur. Verbi gratia in puero puero fascijs & longitudine breuibus, & latitudine angustis vti consentaneum est: in grandi iuuene & longis & latis. similiter & in alijs corporibus, quæ inter magna & parua sunt, pro cuiusq; ratione modus seruandus. nam si pars deliganda & latitudine & crassitudine vtrorumq; prorsus media fuerit, lintea quoq; efficiemus media inter ea quibus in magno, & ea quibus in paruo corpore deligando vtebamur. si autem vel paruo vel magno propius accedet, pro rata eius portione fasciã vel augendo, vel minuendo immutabimus.

22 *Conuolutionis capita dura, æqualia, syncera sint.*

Conuolutio vtriusq; ineſt, fascijs videlicet & prius quàm ægrotantis corpori circumijciantur, & cum deligatio circum affectum locum fit. capita autem fasciarum quæcunq; illa sint, vtrisque
C sunt communia. nam siue initia, siue fines fasciarum, siue vtraq; capita hic appellari intelligamus, siue etiam extremas per latitudinem oras, omnia hæc conuolutionibus vtrisque fasciarum communia sunt, cum per se solæ sese habent, & cum corpori circũuoluuntur. Hoc enim licet inter explanatores huius libri in controuersiam venerit, difficile dictu non est: quippe cum de conuolutis per se, & de circumiectis corpori sermo hic manifeste sit. quare de omnibus terminis intelligẽdum censemus. non vt nonnulli de extremitatibus tantum per longitudinem, aut alij per latitudinem: illi de solis capitibus fasciarum per se, hi de constrictione conuolutionis dictum esse hoc asserentes. Sed debere fasciam per se etiam esse constrictam antequam corpori injiciatur, perspicuum est. ita enim fit, vt facilior sit, aptiorq; vt suscipiatur, quippe cum tenuior reddita sit, tenuioresq; complicationes ex eo habeat, q; extensa atq; expansa conuoluta in spiram teretem fuit. constringi siquidem aliter nequit. nam capita sola constringi oportere, falsum proculdubio est. non enim sola capita, sed tota fascia constricta esse debet. Cum igitur ambigua adeo res sit, quid etiam mihi videatur, iam dicam. Capita accipienda sunt pro omnibus fasciæ extremitatibus siue longitudinem, siue latitudinem consideremus. sed ipsa tamen dura hic nõ proprie esse dicta existimandum est: ac propterea obscuriorem orationem euasisse. nam cum superius dixerit, fascias mũdas,
D leues, molles esse debere, qui fieri potest, vt duras easdem esse hic iusserit? quocirca ita vsum esse eum ac duri appellatione existimarim, prout rei conuenit, de qua loquitur. sæpe enim contingit, vt in extremis linteorum partibus, quæ quatuor sunt, duæ in longitudine, in latitudine item duæ, vel stamen solum sine trama, vel trama sine stamine propendere reperiatur: vel alterum horum laxius extare, vel aliqua in parte inhærere, in alia supergredi conspiciatur. in quibus sanè linteis molliora capita sunt, quàm in ijs, quæ in extremitatibus stamen æque subtegmini cohærens, coniunctumq; habent. hæc enim quatenus mollitudini aliorum cõtraria videntur, dura possunt appellari. Melius tamẽ erat, si non mollia, dixisset, quemadmodum superius de nodo agens non magnum eum esse debere asseruit. quæ enim in medio duarum immoderationum constituta sunt, negando, vt dixi, vtramlibet immoderationem significare consueuerunt. Qui igitur nihil aliud ne mediocriter quidem probabile habet, quod hac de re dicat, ita probabilissime intelligere duritiam capitum posset: præsertim cum de errore hoc, qui, vt dixi, in linteorum capitibus contingit, nullo alio in loco loquatur Hippocrates. Æquale autem id hic significat, quod omni ex parte prorsus simile est. id vero est, si nullum inter ipsa capita neque durius, neque latius, neque mollius, neq; angustius sit, neque deficientem partem aliquam aut corrosam habeat: quod in præ texturis contingere aliqñ solet. At vero synceritas in capitibus est, cũ extenta simili modo oibus

in

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

in partibus sunt: vt non alicubi explicata atq; expansa, alicubi duplicata & inuoluta reperiantur. E

Quæ vero futurum est, vt decidant, peiora cito decidentibus. ea autem, vt neq; comprimant, neq; decidant.

23

Per solœcissimum hæc loquutio prorsus est, quomodocunq; eam intelligere quispiã velit. siue enim decidentibus, id est ἀποπεσόντων, atticum in morem accipiamus, pro ἀποπεσοῦσι τεθωσαν, id est decidant. vt est illud: In cursum sed equi iam procedentibus, id est procedant. siue absolute ita positum esse ablatiuum hunc casum dicamus, neutro modo euitare solœcũ poterimus. Nam si priori modo interpretemur, talis euadet oratio, Quæ futurum est, vt decidant, peiora cito decidant: si secundo, sic, Quæ futurum est, vt decidant, peiora sunt cito ipsis decidentibus, id est si cito ipsa decidant. Melius tamen erat, si in hunc modum scriptum fuisset, Quæ futurum est, vt decidant, peiora sunt cito decidentia. Perspicuum tamen est sicut ex alijs quibusdam, ita ex hac quoq; lectione librum hunc recognitum non fuisse priusquã editus fuerit. atq; iccirco cõtingere potuisse vt vel ipse auctor aut detractione, aut additione, aut immutatione vnius aut duarum literarum in scribendo errauerit, sicut sæpe scribentibus euenit: vel à primo librario error fuerit commissus, dum quæ aut obscurioribus literis fuerunt exarata, aut chartæ corrosione alioue aliquo casu deleta ac confusa euanuerunt, percipere planè non potuit, sed coniectura vsus praue descripsit. Accedit q; F nonnulla ẽt errata ex transliteratione, quẽ μεταγραμματισμὸν nominãt, antiquitus inoluerunt, dũ immutant pleriq; ex veteri literatura in recentiorẽ. Ex his. n. omnibus multi in exẽplaribus errores emanarunt. Sed de his satis sit semel dixisse. longum. n. esset, si in vnoquoq; errore eadem repetere semper vellemus. At. n. si errore vacare lectionẽ hanc concedamus, quę est, Quæ futurum est, vt decidant, peiora sunt cito decidentia, quęrendũ est, de quibus hoc dicatur: de mẽbris ne corporis, an de fascijs, an de ijs, quæ curandi cã affectis locis imponunt: cuiusmodi sunt cataplasmata atq; alia medicamenta, linamenta, & laquei, præter enim tria hæc nihil aliud esse eiusmodi videt, vt decidere ab ægrotantibus corporibus queat. nam & de vnoquoq; horum ab explanatoribus huius libri dictum est. at si singula alicui probabilia visa sunt, omnia etiam sanè videri potuerunt. Ac mihi quidem linamẽta non absurde videntur posse hic intelligi, quæ sæpe vel sola inijciũtur, vt in sanguinis eruptionibus, vel medicamentis quibusdam illita imponuntur, vel extrinsecus loco operimenti ipsis super dantur. debent enim ea quemadmodum etiam laquei prorsus decidere, non tamen cito: sed vbi exquisite suppurato membro sanguinem fundentibus vasis producta accreuerit caro. sic etiam crustæ, quæ aut ex candentibus ferramentis, aut ex adurentibus medicamentis extiterunt, cito decidere non debent. Quin etiam multa medicamenta, vt sunt liquida, G quæ putrescentibus membris instillantur, quæ item insperguntur arida, quæq; supra lienosas affectiones, & intercutaneas aquas imponuntur, si non celeriter deciderint, mirum in modum prosunt. Necnon quæ supra alia membra, aliaq; vitia inijciũtur ex ijs, quæ ἐγκόλλα, id est glutinosa, seu glutinum habentia appellantur medicamenta, multum iuuant, si aliquãdiu supra locum affectum immorentur. Nam in fracturis, & alę luxationibus frequenter cõtingentibus, in podagris, coxendicibus, renalibus morbis, omnibusq; articularibus, dolore item capitis. alijsq; non paucis maximum in medicamentis, si non cito deciderint, præsidium experti sumus. Sed medicamenta quidem, si sint ex ijs, quæ glutinosa appellantur, propterea q; ita corpori adhærent, atq; agglutinantur, vt difficulter auelli queant, nulla extrinsecus deligatione indigẽt. alia vero decidunt, nisi fascijs contineantur. de quibus nunc sermo ipsi est. inquit enim, ea autẽ vt neq; comprimãt, neq; decidant: ac si ita diceret, Quæcũq; medicamenta vtile non est vt decidant, ea deliges ita necesse est, vt neq; affecta pars à deligatione comprimatur. & ipsa firmiter contineantur. contineri enim & non decidere eandem vim habet. Ac de ijs quidem, quæ extrinsecus imponuntur, satis dictum sit. nunc de partibus corporis videamus, an in his quoq; verum sit, quæ omnino futurum est vt decidant, ea non cito decidere oportere. nonnulli enim falsum esse opinantur à putrefactis parti- H bus decepti, quæ quo citius exciduntur, eo vtilius est. quod q̃uis verum sit, non obstat tamẽ quin illud quoq; esse verum censeatur. quippe cum longe differat futurum esse vt decidat quippiam, & opus esse vt excidatur. sæpenumero enim euenit, vt ossium rescissa quædã fragmenta, ac squamæ post aliquod tempus decidant. meliusq; est, si à natura ipsa expulsa paulatim id quadam temporis mora consequantur, q̃ si festinemus ea vel medicamentis irritando, vel instrumẽtis euellendo inde resoluere. Quæcunq; n. repente vi reuelluntur, fistulares cauitates efficere consueuerũt: quæ autem succrescente vel callosa quadam materia, vel carne excidunt, ea vbi exciderunt plenũ statim locũ relinquũt, qui postea cito sanescit, cicatriceq; inducitur, si vel mediocriter exiccãs vel astringens medicamentum aliquod imposuerimus. Quin ẽt neruosæ aliquæ particulæ, & membraneæ sæpe excidunt, sine periculo quidem si paulatim longo tempore suppurarint: si vero violenter aut medicamentis vim inferẽtibus, cuiusmodi acria sunt, tentẽtur, aut instrumento aliquo, vel digitis etiã nostris auellantur, reliquis membris malum per contagionem transmittunt, ita vt & inflammationem patiantur plerũq; ægroti, & febricitẽt, & delirent, in conuulsionẽq; incidant, Sed iam ad reliquum & tertium illorum, quæ decidunt, genus deueniamus. id autẽ est, vt nonnulli opinati sunt, fasciæ. quas dicũt cũ sunt laxæ, & effluxuræ sunt in longiore tẽpore vtilius decidere.

at id

A at id falsum est. non enim melius est, vt quæ male fuerunt circundatæ, longiore tẽporis mora delabantur, sed quãcitissime. immo neq; expectandum est, vt decidant, sed celeriter dissoluendæ, ac rursus apte deligandæ sunt. Vnde quidam ex ijs qui ita explanant, fatentur quidem melius esse vt cito laxæ fasciæ decidant. sed nisi tamen aliquid aliud extrinsecus subintelligant, deficiens oratio est. ita enim esset absoluenda, Quæ futurum est vt decidãt, peiora sunt cito decidentibus, ideest quàm quæ cito decidunt, ea quæ longius in tempus composita permanent. quod licet etiam concesserimus, ita decidere de fascijs dictum esse probabile non est. quis nanq; est qui tantum tempus sibi expectandum censeat in ijs, quæ sponte sua delapsura sunt, cum possit & celeriter soluere, & rursus bene deligare? Alij autem in contrariam sententiam versi, vera quidem dicunt, verba tamen ipsa violenter detorquent. quo modo enim violentum non est, si in hũc modum interpretemur? quæ futurum est vt decidant, peiora quidem sunt ijs, quæ non decidunt. melius tamen ipsis est, vt celeriter decidant. vt videlicet priorem partem huius orationis, quæ est, quæ futurum est vt decidant, peiora, vna sententia circunscribamus: ac deinde ab altero principio legamus, cito decidentibus, hoc est cito decidant. Sed hæc est, vt dixi, violenta interpretatio ex genere loquutionis, quod inarticulatum vocamus, extorta. præterquam quòd falsum in vniuersali hoc est, quæ B futurũ est vt decidant, esse peiora. multa. n. sunt, quæ bene & vtiliter decidunt. Quocirca melius est, sicut dixi, vt Hippocratis hanc orationem, omissis fascijs, vltimaq; hac expositione, de ijs, quæ extrinsecus imponunt, & oĩbus corporis particulis, quæ decidere debẽt, dicta esse intelligamus.

24 *Quæ autem sequitur deligatio, aut subligatio, aut utraq;.*

Subaudiendum est, hæc sunt: deinde legenda ea, quæ sequuntur. id est, subligatio quidẽ in causa est, vt quæ vel abscesserunt, attrahantur, &c. Vsus autem est hic verbo ἔχεται, id est sequit, pro appetit, & affectat, & coniectat. quæ sanè omnia eam vim habent, vt significent, quænam vires, & quæ opera deligationis sint. appello autem opera nunc non operationes, sed effecta. sicut ædificatoris domus, fabri lectica, textoris vestis est. Cum vero in deligatione, ac præcipue ea qua in fractionibus vti consueuimus, duæ ante plagulas fasciæ assumantur, & duæ aliæ post, proprium nomen duabus prioribus imposuit Hippocrates, subligamina seu subfasciationes, & quæ ex ipsis fit deligatio, subligationem vocans. Quæcunq; vero & quæ propriè subligatio, & quæ communiter deligatio nominatur, efficere valeat, ex ipso deinceps hic docente audiemus. Oportebat quidem dici prius qua de causa deligatio à medicis fieret, sicut in principio distinxit, cum dixit, C partim ipsam mederi, partim medentibus inseruire: quo modo item adhibita vnumquodq; ex antedictis curaret. ita enim fieret, vt ad scopum curationis spectantes conuenientem vnicuique deligationem inueniremus. qui quidem scopus ab ipso, qui curandus esset, morbo innotesceret. Hippocrates tamen non ita scripsit, sed vbi qualis debeat esse deligatio, hucusq; disseruit, ad opera & vim ipsius declarandam descendit.

25 *Subligatio quidem in causa est, vt vel quæ abscesserunt, attrahantur, vel quæ expansa sunt, contrahantur, vel quæ contracta sunt, distrahantur, vel dirigantur distorta, vel contraria.*

Quæ abscesserunt, hic appellat omnia, quæcunq;, cum corpus secundum naturam sese habet, vel vnita aliquibus alijs partibus sunt, vel eas attingunt: cum præter naturam affectum est, vnionem vel contactum non amplius seruant. Vnio in omnibus fracturis, vlceribus, rupturis, contusionibus: contactus in abscessibus, quæ ἀποστήματα dicuntur, sinibus, inflationibus, & tumoribus interruptus est. Expansa aũt vocat, quæ plurimo interuallo inter se distant. id quod duobus modis contingit: vel in toto, vel in labris tantũmodo. Scopi igitur curationis sunt hi, in abscedẽtibus videlicet attrahere, in expansis contrahere, in distortis dirigere. cõmune tamen omnium est corE rigere & dirigere. cum græci ἐπανορθοῦσθαι & διορθοῦσθαι de omnibus dicere consueuerint, quæ eiecta quocunq; modo in suum conuenientem statum restituuntur. Atq; hi fines propositi subligationis sunt. vis autem ipsius non horum tantum effectrix scoporum est, verũ etiam quandoq; contrariorum. cum bene adhibetur, horum: contrariorum, cum male. merito igitur in fine orationis subiunxit, vel contraria: quippe cum propositum ipsi fuerit quid possit efficere subligatio dicere, non de sola bona subligatione tractare, nam in principio etiã huius orationis, vbi inquit, Quæ autem sequitur deligatio, aut subligatio, aut vtraq;, de omni deligatione, non de optima tantum sermonem instituit. Q; si de bona etiam sola dictum esse hic velit quispiam, quod in fine positum est, in hunc sensum erit accipiendum: vt sicut præter naturam alia sunt abscedentia, alia expansa & aperta, alia distorta, ita aliæ affectiones his contrariæ sint. Nã cum totum corpus conuenientiam & æquabilitatem in se habeat, morbus omnis ex eius corruptione exoritur. si igit quæcunq; cum naturalem constitutionem habent, vnita quibusdam sunt, vel quędam attingũt, quando vel vnionem vel contactum amiserunt. ea ægrotare, & præter naturam esse affecta dicimus. simili modo quæ neq; vnita sunt aliquibus, neq; attingunt aliqua, si vniãtur, & cõtingant, in morbum inducunt. hæc igitur contrariã correctionem requirũt, & contrarios scopos habẽt. Sed huic sniæ repugnare ea vident, quæ distortis opposita sunt, quæ vocant recta. nam quãtum antedicta

ratio

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ratio poſtulat,hæc quoq; diſtorquere oportebit.id quod non amplius bonæ deligationis, ſed er- B
rantis & malæ eſt opus.At ſiquis meminerit,quæ de femore & brachio dixit Hippocrates,is præ-
ter naturam in his rectitudinem eſſe cognoſcet,in quibus pars exterior & anterior incuruata na-
tura eſt.quod cum quidam oblitus fuiſſet, femur vel brachium caulatim & pertranſuerſum fra-
ctum primum quidem manu in rectitudinem confinxit,deinde in ea figura deligãdo reſeruauit:
ſed vbi naturali formæ oſsium animum aduertit,cognouitq; eam eſſe ſeruandam, cum nondum
fracturæ illi callum increuiſſe offendiſſet,aqua id multo oleo admixto fouit,poſtea fortiter exten
ſum,primum fregit eo modo quo à principio erat,deinde in naturali habitu confinxit, tum in eo
naturæ callo conferruminandum commiſit.Vt ita verum ſit, non ſolum ignaros & malos medi-
cos ex prauis deligationibus imprudenter,verum ẽt optimos ſtudioſe contraria antedictis bonis
circa ægrotantes efficere:dum quæ præter naturã duplicata ſunt,in contrarium amouent, & quæ
coniuncta ſunt & coaluere,diſſoluunt,& diſtrahunt. quippe cum in nonnullis ex coulceratione
& digitos cohærentes,& labra,& palpebras interdum videamus. Antedictarum igitur affectio-
num curationis ſcopi hi ſunt.quorum vnicuiq; accommodatam deligationẽ deinceps docet: ſed
prius tamen qualia præparanda lintea ſint ſequenti oratione declarat,cum inquit.

Lintea præparanda ſunt leuia,tenuia,mollia,munda,lata,quæ neq; conſutiones habeant, neq; extãtias,& ſana F 26
ſint vt ferre extenſionem poſſint,& paulo amplius.non arida,ſed inſuccata ſucco,cui ſingula connutrita ſunt.

Dixerat ſuperius de linteis,ſed non plene:vt pateat nihil tunc ad editionem exquiſite fuiſſe ab
ſolutum,ne à filijs quidem.nam poſt Hippocratis mortem in eodem libro de ijſdem vel breuibus
verbis dicendum ſibi cenſuiſſet nemo:ſed vel quæ hic ponuntur,detraxiſſet,vel quæ ſuperius di-
cta ſunt.ſuperius enim ita ſcripſit,vt vidimus,faſciæ mundæ,leues,tenues,molles ſunto. hic vero
adiungit latas etiam eaſdem eſſe debere,atq; eiuſmodi,vt neque conſutiones, neq; extantias ha-
beant,ſanaſq; item non eatenus tantum,vt ſi violentius intendantur,rumpi nequeant,ſed violẽ-
tam quoq; diſtentionem tolerent. hoc eſt validæ & robuſtæ ſint, quo firmius continere ac ſtabi-
lius poſsint.Non habere autem conſutiones inquit,quæ inæqualiter concurrãt:neq; eas,quæ vo-
cantur extantiæ,id eſt extantes partes in textilibus, atque oblongæ eminentiæ interdum dedita
opera,interdum temere ita euenientes,quandoq; ex ipſo ſubtegmine,quandoq; è purpura inter-
textæ,vt in ijs quas prætextas vocant,videre licet.cuiuſmodi omnia mulieres vbiq; efficere con-
ſueuerunt.cauenda igitur hæc omnia in faſcijs eſſe inquit. Cum autem lata debere eſse lintea di-
cit,hoc eorum eſt,quæ non abſolute,nec ſine reſpectu enunciantur. nam cũ ad anguſta deligan- G
da proponuntur,poſſet quiſpiam ipſa,ſi ad ea,quæ ſupra modum ſunt dilatata compararit,calum
niari:ſi ad moderata,eodem modo. quicquid enim à moderato variat ſiue additione, ſiue detra-
ctione,prauum id eſt.De tenuium & leuium & mollium & mundorum vſu dictum ſuperius eſt.
Quod vero in fine ait,non arida,ſed inſuccata ſucco cui ſingula cõnutrita ſunt, id etiam de linteis
dicitur.quæ autem ratio præcepti huius ſit,obſcurum non eſt.cenſet enim ipſa in nulla deligatio
ne dura eſſe aſſumenda,ſed inſuccata & imbuta ſucco,cui ſingulæ ex affectionibus,quæ curandæ
ſunt,ſunt connutritæ,id eſt aſſuetæ,accommodatæ,& cõuenientes. cerato ſiquidem liquido ſim-
plici,& picato,& vino nigro auſtero,in libro de fracturis & articulis irriganda lintea eſſe inquit.
nam ſicca præterquàm q; vtilitatem quæ ex madefactione euenit,nullã præſtant, conſtipant inſu
per partes ſupra quas impoſita ſunt,caliditatemq; in ipſis augent:atq; ob id humorẽ ex vicinis lo-
cis ad affectam partem eliciunt.id quod maximũ eſſe malum ad tumorũ ortum omnibus patet.

Atq; ea quidem quæ abſceſſerunt,ita vt ſuſpenſa ſedem attingant,non tamen premant.incipiamusq; à ſano,et 27
ad vlcus finiamus. Vt quod ſubeſt,emungatur,aliud vero quippiam non colligatur.

Siue oſse fracto,ſiue cohærentia abrupta, ſiue vulnere aliquo magno illato partes præter na- H
turam abſcedant,eæ cogendæ & coaptandæ inter ſe ſunt eouſq; vt attingant ſe, non tamen com-
primant.nam quæ ita preſse apponuntur partes,dolorem, inflammationemq; excitant. maxime
autem de vlceribus qui vocantur ſinus, ſeu ventriculi,cauſa exempli, ſermo ipſi hic eſt. id quod
in ſequentibus manifeſte declarat.Sed prior tamen pars huius orationis,quæ eſt/Atq; ea quidem
quæ abſceſſerunt,ita vt ſuſpenſa ſedem attingant,non tamen premant/communis eſse ad reliqua
omnia etiam poteſt,quæ à naturali contactu,vel coaleſcentia receſserunt: Reliqua vero, quæ de-
inceps ſequuntur,vbi inquit/incipiamusq; à ſano, & ad vlcus finiamus / de vlceribus dicta ma-
nifeſtiſsime ſunt,quibus & ſanies euacuari, & nullus humor affluere tempore conglutinationis
debet.id autem fit,cum fundum ipſius ſinus eatenus comprimimus, vt non collidamus, & pau-
latim vſque ad os ipſius deligationem relaxando perducimns:os que ita apertum in figuratione
eaquæ deorſum vergat, conſeruamus. Sinus ſanè cum purgare volumus & conglutinare, hoc
modo deligamus:at in ſummi humeri auulſione non ita, ſed eleuatam eius partem violenter de-
primimus,& cogendo compellimus.nihil enim ex huiuſmodi colliſione euenire mali poteſt.ſi-
cut neque in fracto iugulo,quando altera eius pars maior multo eſt, tametſi minus in hoc quoq;
quã in ſummo humero comprimere ſolemus.in alijs vero fracturis parum ac minimum compri-
mimus,

A mimus,cauentes ne inflammatio oriatur. Atq; ego quidem de omnibus,quæ abſcedunt,diſſerui.
at Hippocrates de ſolis ſinibus,vt exemplum afferret.in quibus moderata deligatione vtendum
eſse manifeſte declarat,cum inquit:ita vt ſuſpenſa,id eſt ea quæ abſceſſerunt,ſedem attingant,ſed
non premant.ſedem appellans abſcedenti corpori ſubiectam partem: cui quod applicatur firma-
ri ac conſidere proculdubio debet.prius enim quã pars altera alteram prorſus attingat, vniri in-
ter ſe nullo modo queunt.vnio autem fit,ſi ſe abſq; alliſione contigerint. Perſpicuum aũt eſt non
abſolute quempiam conſulturum fuiſſe,vt ſinus qui conglutinandi ſunt,ita deligẽtur.quippe cũ
inflammatione prius vacantes,tum puros & ſiccos reddere, ſiq; carnes forte contabuerint,alere
debeamus.Adde quòd neq; rupturas & contuſiones,quæ ex genere vlcerum & ſinuũ ſunt, ſta-
tim vbi extitere,hac deligatione curamus:ſed poſteaquam inflammatio ſedata ipſis fuerit,humi-
ditasq; exiccata.vtraq; enim hæ continuitatis ſolutiones ſunt in carnea parte effectæ,vnà cũ ſan-
guinis quadam in mediam regionem affluxione.id quod abſceſſui & ſinui cõmune eſt. Quoad
enim pars ita affecta in exteriore ſummitate occluſa eſt, atq; os nullum habet,abſceſſiſſe quidem
ipſa dicitur,affectio vero abſceſſus proprie,id eſt ἀπόστημα vocatur : at vbi aliqua ex parte aperta
eſt,vt qui continetur humor excernatur, non amplius abſceſſus, ſed ſinus iam appellatur. Quo-
B circa omnia huiuſmodi vitia deligatione quidem ſemper,ſed non ſimili indigẽt. Cum enim adeſt
inflammatio,neq; opus prorſus prima ratione & per ſe deligatione eſt: ſicut neq; cum ſuppura-
tio fit.Cum ſinus vero iam factus eſt carne plenus,mediocris admodum deligatio eſt adhibenda,
ita vt ſedes abſcedentia minime attingat.per os enim purgantia medicamenta & aperientia inji-
cienda ſunt.At vbi iam eò peruenit,vt conglutinationem requirat, ea quam nunc dixit Hippo-
crates,deligatio eſt accommodata.Hæc neceſſario mihi ſcribenda exiſtimaui : nequis locum hũc
praue intelligens omnes ſinus ita deligandos cenſere Hippocratem arbitraretur. nam ſicut de-
monſtratum eſt,non omnes ſunt deligandi,ſed illi tantum, qui nullo alio malo infeſtantur, neq;
inflammatione,neq; carnis tabe,neq; ſorde,neq; humore aliquo qui in ipſis contineatur. Qui ſa-
nẽ vniformem ac ſolam ſui curationem requirunt. Cæterum de huiuſcemodi diſtinctionibus in
libris de medendi ratione ſatis dictum à nobis eſt.

28 *Deligare oportet recta quidem in rectum,obliqua oblique,in figura infatigabili,in qua neq; conſtrictio,neq; ab-*
ſceſsio ſit.ex qua cum in appenſionem vel poſitionem tranſeunt,non mutẽtur.ſed ſimilia hæc,muſculos,venas,ner-
uos,oſſa habeant,& diſpoſita,& bene detenta ſint.

C Non partes affectas corporis rectas & obliquas nunc vocat, ſed abſceſſus ipſos : de quibus in
ſinus exemplo hæc docet:qui rectus ne an obliquus ſit, ex longitudine partis in qua eſt, ſpectat.
rectum enim decliuem intellige,obliquum,qui eiuſmodi non eſt.rectum ſiquidem ſinum appel
lat,cuius os in inferiore parte,fundum in ſuperiore eſt:obliquũ,qui in latus declinat.fiunt tñ con
trario ẽt modo ſinus,quibus deorſum fundum,ſurſum os vergat:ſed nos his fundũ, quo facilior
ſaniei exitus pateat,aperimus. Q; ſi non prorſus in inferioribus corporis partibus os fuerit, ſed
in latus,figura membri & ſitus,& modus deligationis excogitari eiuſmodi debet,vt ad excernẽ-
dam ſaniem idoneus ſit.tanta enim in his figurationis vis eſt, vt nos ſæpenumero plaga, quæ ſu-
perius eſse videbatur,vt inferius eſset,immutata figura fecerimus.Nam cũ in femore ſinus eſset,
cuius os prope inguen, fundum iuxta genu erat, eum figuratione ita curauimus, vt genu altius
inguine detineretur.id autẽ puluino molli popliti ſubiecto facile & ſine vllo dolore fieri potuit.
Eodem modo ſinus in poſteriore carnoſa tibiæ parte poplitem verſus ora habentes ſanauimus,
crus eo habitu collocantes,vt altior poplite pes extaret.Cubitũ itẽ ſinu laborantẽ ſæpe ſimili rõ-
ne ad ſanitatẽ perduximus,eũ ita mitella iniecta excipientes ac ſuſpendentes,vt manus gibbo cu
biti eſset ſuperior.At cũ gibbus ipſe ita patitur,vt à ſuperiori parte à brachio,ab inferiori à cubito
D ſinus cõtingatur,maxime idoneus habitus is quem diximus,eſt.quo gibbus ipſe cubiti humilior
vtriſq; oſsibus,brachij videlicet,& cubiti redditur. Quo in caſu duabus faſcijs vtimur, vtriſq; ad
os & foramen ſinus,quod in gibbo eſt,deſinentibus, incipientibus vero vtrinq; à ſana parte. ſiq;
ſinus ſit planè rectus,rectam deligationem neutram in partem declinantem adhibemus,perinde
ac ſi fractum brachium deligandum ſit,ſimiliq; modo deponimus:at ſi in obliquum declinet,de-
ligatio quoq; ſinus ipſius declinationem imitari debet, eamq; figurationem, vt effluere ſanies
queat. Qua enim figuratione depoſiturus affectam partem es,in ea quoq; deligationem inijcias,
ſciens maximum inde euenire damnum ſolere, cum iam deligata in alterum habitum transfor-
mantur.quippe cum neceſse ſit,vt cum id fit,nonnulla quæ incuruata erant, extendantur,alia ve
ro,quæ erant depreſsa,attollantur. Efficietur igitur,vt ſicut quæ intumuerunt, à faſcijs compriman
tur,ſic quæ ſubſedere laxata ibi faſcia nequeant contineri.de ijs, quæ comprimuntur conſtrictio-
nem,de laxatis abſceſsionẽ dixit Hippocrates,in ea figura accõmodatam ſinui deligationem no-
bis faciendã cenſens,in qua neq; conſtrictio,neq; abſceſsio ſit.nam ſi ad ſolum deligationis tem-
pus reſpicientes obliquum ſinum oblique deligemus in eo habitu qui in depoſitione, aut appen
ſione ſeruari non poſsit,ſed immutandus ſit:aliæ deligatæ partes conſtringentur,aliæ laxabũtur
Quæ aũt partes in habitus mutatione ſinũ immutent,ipſe noiatim expreſsit,cum inqt,muſculos

venas,,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

venas,neruos,& ossa.quippe cum hæc tantummodo sint, quæ tumorem in corpore efficiant. ve- E
narum autem nomine non tantum eæ,quæ venæ nunc appellantur, sed arteriæ quoq; ex veteri
consuetudine intelligendæ sunt. Atq; hæc totius orationis sententia est,cuius verba nõnulla licet
non admodum obscura sint,non ab re tamen erit,si breuiter explicentur. Appẽsionem in manu
vocat eius,vbi deligata fuit,depositionem,cum lata mitella totus cubitus appensus excipitur:po-
sitionem vero in crure.perspicuum tamẽ est appensionẽ significato positionis tanq̃ generi subij-
ci. In fine item subiungens εὔθετα,idest dipolita,quæ bene deposita sunt: εὔσχετα, idelt bene de-
tenta,ea,quæ bene excepta atq; appensa sunt,vocat:illud ad crura:hoc ad manus referens.

Appensa uero esse debent,uel posita in infatigabili habitu,qui secundum naturam sit.

Infatigabile,id est quod fatigationem & dolorem non affert, & secundum naturam diuersum 29
minime est,sed vnum & idem. quod quid sit & in libro de fracturis satis ab Hippocrate dictum
est:& nunc etiam loco suo dicetur.

At in quibus abscesserit,contraria.

Nonnulli legunt,in quibus non abscesserit,cum negatione,& ita exponũt.in quibus abscesse- 30 F
rit aliquid,antedictum modum deligationis adhibemus: in quibus vero non abscesserit, contra-
rium. Nam si antedictum fuit,vt à sana parte incipientes in vlcus desinamus, relaxando subinde
compressionem:contrarium erit,ab vlceratis & fractis incipiendo ad inferiorem partem relaxan
do descendere. At qui sine negatione legunt,dicunt iubere Hippocratem, cum volumus ea,quæ
præter naturam coniuncta sunt, & cohæserunt, abscedere & separari, antedictum deligationis
modum immutare. nam cum volumus ea,quæ quocunq; modo inter se coniuncta cohæserunt,
disiungere, debere nos contrarium in modum vti deligatione perspicuum est. in magnis item
vulneribus plerunque,in quibus vel cum ima pars aperta atq; inconglutinata permanserit,sum-
ma cutis consolidata coaluit:vel summæ oræ inter se duplicatæ coniunctæ ita sunt, vt altera alteri
insederit. In fracturis quoque distrahenda ac disiungenda esse constat,quę commissa sunt,cum in
ima parte,non secus atq; in vulneribus,fracti ossis capita non coeunt. Adde quòd in illis quoque
ossibus idem fit,quæcunq; sinus,& fistulas alicuius momenti intus habuerint. At enim sicut hæc
per se vtilia esse scimus,ita nunc vt non recte dicta reprehendi merito possent. quippe cum nullo
modo cum Hippocratis verbis consentire videantur,quæ inquiunt: In quibus abscesserit contra-
ria. non enim idem est si dicamus,in quibus abscesserit,& in quibus abscedere volumus. Quocir G
ca debebant hi qui in hunc modum explanant,sicut priores illi,adiuncta negatione suæ sententię
consentientem lectionem faciebant,ita ipsi quoq; scripturam immutare,atq; inde eam pro suo ar
bitrio interpretari. cum vero eam ita,sicut est,reliquerint, alienam à verbis explanationem attu-
lerunt. Non igitur de ijs,quæ abscedere volumus docere hic Hippocratem censendum est, in se-
quentibus enim id faciet,sed de ijs,quæ abscedunt,& nondũ integre abscessere, sermo ipsi est:vel
de ijs ẽt quæ perfecte abscessere,sed nondum tamen eruperunt in sinũ. quippe cum hæc dolorem
sedante,& pus mouente curatione primum indigeant, quoad ad id emittendum ora aliqua ape-
ruerint:deinde vbi id effectum est,si aliqua inflammatione infestentur, liberanda, tum exiccan-
da,& carne,vt dixi,replenda sint:postea cum iam solus sinus relictus est, nulla alia affectione ma-
la adiuncta,neq; inflammatione,neq; sorde,neq; humore superuacuo, neq; carnium defectu, po-
stremam sanationem,ac conglutinationem suscipere debeant. Non esse itaq; mirum debet, si iu-
bet,vt contraria in ijs,quæ abscedunt,faciamus. quicunq; enim non negligenter in artis operibus
est versatus,optime nouit,in abscessibus qui ad maturitatem perduci queunt, non esse inutile,vt
nihil eius qui adhuc suppurat,humoris excernatur. nam si intus maneat, fit vt reliquus ei melius,
facilius q; accedat. quocirca pars affecta,quantum ad morbum ipsum attinet,neq; vlla prorsus in- H
diget deligatione, quæ tamen eatenus adhibetur,non vt curationem vllam afferat,sed vt curanti-
bus inseruiat,atq; opituletur. Abscessuum igitur à sinuũ curatione diuersa curatio est. illis enim
vt nihil humoris effluat, donec perfecte maturuerint:his,vt nihil intus remaneat, per quàm vtile
est. illorum nullum esse os, hos apertos esse confert. quæ abscedunt præterea cataplasmatis hu-
mectantibus & calefacientibus maturanda:sinus valde exiccantibus & purgantibus sicci & puri
reddendi sunt. adde quòd sinibus antedicta deligatio medetur: in abscessibus, vt alijs medenti-
bus inseruiens assumi consueuit. At vero Asclepiades totam horum verborum sententiam de
deligationibus esse intelligendam censet,in hunc modum: Deligare oportet in eo habitu,in quo
neq; constrictio neque abscessio sit. hoc autem totum secundum naturam est. at in quibus deliga
tio abscesserit,in ijs contraria age,id est in contrario habitu, deligationem adhibe: hoc est in quo
habitu partis deligatæ fascia abscesserit,in contrario ei habitu deligationem facias. verbi causa,si
extento cubito brachium deligatum non permanet, sed laxatur, contrariam figurationem ex-
perire,atq; in ea rursus deliga. contraria autem figura erit,si cubitus inflectatur. Quoniam autem
crurum habitus secundum naturam accommodatus est in extẽsione,si inflexa crura deligaris de-
inde extendere ea iusseris,efficietur vt musculis alium in locũ abeuntibus fascia abscedat. quapp

contrario

A cõtrario habitu.i.extenta tibi erunt deliganda,in quo videlicet ẽt deponenda sunt. Atq; hęc tibi
Asclepiadis sentẽtia est:nostrum vero iam est,vt ad ea quæ sequuntur, explananda descẽdamus.

31 *In quibus aũt expansa contrahere oportet,reliqua quidem eadem fiunt, ex multo tamen quodam spatio coactio*
et ex admotione cõpressio facienda est:minimũ primo,postea magis.terminus,quòd maxime facta sit,est cõtactus.

Memoria repetenda nobis sunt ea quæ de subligatione dixit ab eo principio vbi ait, Subliga-
tio qdem in causa est,vt vel quæ abscesserunt,attrahantur,vel quæ expansa sunt,contrahantur.&
cætera hucusq;.Ita.n.fiet,vt orationem hanc dependere à superiore intelligamus, in hunc modũ:
In quibus autẽ expansa contrahere opus fuerit,reliqua qdem eadem agemus, ex multo tñ spatio
coactionem faciemus, & cætera quæ deinceps subiũgit. Expansa autem seu aperta ea vocare hic
Hippocratem censendum est,quæ præter q̃ q̃ distant amplius q̃ par sit, vtrisq; labris expansa atq;
aperta inter se sunt. id quod in vulneribus ex vehementi inflãmatione euenire interdum conspi-
citur. cum.n.caro ad multam vsq; altitudinem diuisa, & musculus per transuersum sectus fuerit,
conglutinatio aũt & consolidatio fuerit impedita,tum inflammatio superuenerit,ex qua cutis di
stenta vtrinq; labrum sibi annexum retraxerit, vtraque in parte expansum os vulneris redditur.
B Huiusmodi aũt speciem præ se ferunt & labia ipsa oris inflãmationem cum patiunt̃, & palpebræ,
& præputium. Quin etiam si cutem capitis accommodate ad terebrationem cõpresserimus, orta
inflãmatio expansorum speciem p̃bet. et maxime id fit,si compressa hinc inde cute medium inter
labra locum linamentis compleuerimus. quod & in trasuersa musculorum incisione profunde
adacta,facere consueuimus,dum vel ob sanguinis eruptionem concerpta linteorũ fila, quæ lina-
menta appellant,in vulnus conijcimus, vel ex eo qa timemus ne cutis cõsolidescat, diuulsæ vero
musculi partes vtrinq; inconglutinatæ permaneant. Atq; huiusmodi qdem affectiones oẽs quã-
uis alias etiam curationes requirant,quæ inflãmationem sedent, hic tñ, non enim de oibus nunc
proposuit scribere,eas solas tradit,quæ chirurgicæ proprie,id est manuum opera exhibitæ appel-
lantur. Expansorum igitur deligatio reliqua qdem eadem habet, quæ etiam in illis quæ abscesse-
re,fieri consueuerunt. nam & à sanis partibus incipit, & paulatim inde ad cutem manifesta vlce-
ratione affectam pducitur:in eo tñ differt,q̃ hic longius q̃ in illis quæ abscessere exordium sumit,
compressionemq; vsq; ad expansas ipsas partes protendit. in sinibus enim è fundo ipsorũ incipit
deligatio: in expansis non ab extrema eorum quasi radice,sed longinquius à sanis partibus cutẽ
paulatim ad vlcerationem adducimus,non relaxando & remittendo,vt tibi faciebamus,deligatio
C nem,sed intendendo paulatim prima eius circũuolutione ex cutis conuersione compressionem
efficimus,ac postea etiam magis. Hoc autem quidam in vna & eadem operatione,quidam in plu
ribus intelligendum putant. in vna quidem, si verbum/primo/principium deligationis signifi-
cet:in pluribus,si eodem verbo primam totam deligationem indicari intelligamus. quorũ tamẽ
vtrunq; esse verum potest, alterum in altera affectione, quæ non specie sed magnitudine diuersa
sit. mediocrem enim inuersionem cutis in naturalem statũ reducere,vel vna tm deligatione eni-
temur. maiori prima deligatione vim non afferemus. quippe cum eo tempore inflãmationis cu-
ratio,non expansorum correctio attendenda sit. Iccirco vero in fine subiecit/terminus,q̃ maxi-
me facta sit,est contactus/quia cum possit quispiam magis inter se quæ expansa sunt, contrahere
ac cogere,q̃ vt oræ eorum tantummodo sese mutuo tangant, fit, vt quæ ita coacta fuerint,sese al-
lidant:id quod dolorem parit, augetq; inflãmationem. eousq; igit̃ contrahenda huiusmodi sunt,
quoad sese contingant,& non amplius. Aduertendum autem duplicem hic lectionem reperiri.
altera est,terminus,q̃ maxime facta sit &c. quam etiam agnouit Asclepiades:altera, terminus,q̃
magis facta sit. cæterum sicut melior,ita antiquior quoq; ea est quæ/maxime/habet.

32 D *In quibus uero contracta distrahere debemus,cum inflammatione quidem contraria, sine ea,apparatu quidem*
eiusmodi,sed deligatione contraria utendum est.

Contracta contrario modo q̃ expansa sese habent. nam cum expansa plurimum inter se sepa-
ratas oras habeant in contrarias partes, ita vt altera in dexteram, altera in lævam hiet,ac recedat:
contracta è contrario ita inter se coierunt, vt vel altera ipsorum ora superiecta alteri sit,vel vtræq;
quasi duplicatæ,& complicatæ fuerint, quemadmodum ea sunt,quæ conuoluuntur. id quod ex
inflammatione quoque euenire consueuit,non secus ac contraria affectio, in qua plurimum à se
mutuo abductæ in contrarium expansorum corporum partes sunt. Neque mirum esse debet, si
in contraria affectione eadem mala creet inflammatio. quippe cum non in partibus tam magnã
q̃ paruam inflãmationem patientibus vtraq; & expansa & contracta efficiantur. id quod in ocu-
lis videre manifeste licet. Nam cũ cutis palpebrarum extrinsecus valde inflãmatur, atq; id eousq;
vt vicinæ regionis pars aliqua occupetur,palpebra inuertitur: cum vero modica quidem in cute
inflãmatio est,at membrana quæ intus ad irim vsq; extenditur, valde deficit,tunc fit, vt intro pal-
pebra cõuertatur. quod vitium cum vtrisq; palpebris accidit, φίμωσις, hoc est capistratio,nuncu-
patur:cum diducere eas æger atq; aperire ita oculum nequit. Idem morbus interdũ in labijs oriẽ,
& præputio,& ano. cuius causa eadem est. Nam cum partes horum quæ extrinsecus sunt,vehe-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

menti inflammatione corripiuntur, inuerti solent. eadem vitia in pudendis quoq; mulierũ con- E
tingunt: in vulneribus quoq; & omnibus quocunq; modo exulceratis existere consueuerunt.
in quibus cum partes quæ extrinsecus sunt, inflãmatione infestãtur, labra vlcerũ introrsum con-
uertũtur. quod cum fit, emaciata ac tenuia & flaccida esse ea proculdubio necesse est. quo. n. alio
modo fieri posset, vt ita prompte in interiorẽ partem deuoluerentur: at interiorũ partiũ defectus
incidit vel ex tabida macie, cum locus nõ alitur, vel ex manuũ & scalpelli opera, quæ immodera-
te subiectam carnẽ exciderit, vel ex putredine quæ eã corruperit. His igitur affectionibus deliga-
tio accõmodate adhibita prodest: inflãmationi vero tm̃ abest vt prosit, vt nocumentũ quoq; after
re grauando soleat. ea tm̃ quia medicamẽtis inseruit, quæ inflãmationẽ sedant, propterea necessa-
rio interdum assumi consueuit. Atq; ideo hic Hippocrates cõtracta inquit, cũ adest quidẽ inflam
matio, cõtraria agentibus nobis. i. deligationẽ euitãtibus, curant̃, nisi maxima necessitas vrgeat,
quo videlicet imposita aliqua partibus inflãmatis contineãtur. nã vbi absq; deligatione perman-
sura medicamenta speramus, nulla prorsus fascia est opus. quinetiam ea quæ continendi medica
menti causa assumitur, ex tenuissimis leuissimisq; linteis facienda, & q̃ paucissimis potest conuo-
lutionibus, vel etiam vna tm̃ circũdanda est. id quod multos medicos latet, qui extrinsecus supra
tumorẽ inflãmationis & cataplasmata crassa, & lintea dura & grauia, & lanas multas, fasciarumq; F
insuper copiam imponere nõ verentur, quæ oĩa cum inflãmationem augeãt, inflãmatis maxime
contraria sunt. At si ea quæ contracta sunt, inflãmatione caruerint, linteorum apparatũ eundem
cum priore esse iubet: deligationem vero contrariã ei quæ expansis adhibebat̃. nam si illic prin-
cipium deligandi ẽ longinquo à sanis partibus faciebamus circũuoluendo ac protrahendo, com-
pressionemq; augendo, vsq; ad expansa, in contractis à parte ipsa affecta initio iniecto ad partes
quæ circũ circa sunt, cutem retrahemus. intelligendum tm̃ hic est quod ab Hippocrate fuit præ-
termissum, non. n. omnẽ ille horum vitiorum curationẽ, sed eam tm̃ quæ manuũ opera exhibeẽ,
describere proposuit. quocirca ego, vt integra oratio sit, quod deest adiungam. Quando aliquid
eorum quæ contracta sunt, inuertere voluerimus, prius replere subiectum locum, in quem conci
derunt labra, vel linamentis, vel accommodato medicamento eousq; debemus, quoad contracta
pars reliquæ cuti æqualis reddatur: deinde ita deligationem, quam dixit, adhibere.

Distorta dirigere oportet reliqua quidem eadem faciendo: at quæ abierunt: subligatione, agglutinatione, appen- 33
sione reducendo, & contrario modo contraria.

Distortiones fiunt, cum vel â sua sede elabitur aliquid in exteriorem corporis partem, vel in-
trorsum in inanitatem aliquã prolabitur. vt in naribus, si in exteriorem partẽ aut os, aut pinnula G
earũ abit, in eam partem: si in foramẽ descẽdit, introrsum distortio fit. Simili modo quoq; in aliis
mẽbris euenit. quorum oĩum communis curationis scopus auxilia ostendet. at cõis omnium sco
pus est, contraria contrariorum esse remedia. quare etiam nunc quæ abierunt, cum aliis remediis
de quibus nunc dicere propositum non est, tum fasciis reducenda sunt. fasciarum autẽ modos ad
hæc vtiles ipse iam dixit. Subligatio igitur adhibenda, sicut superius & in abscedẽtibus, & expan
sis, & contractis dictum est: agglutinatio vero, sicut in libro de articulis de naribus & maxilla scri
psit: sed appensio, vt in libro de fracturis, vbi inquit in hunc modum. Nam si vel ossa vtraq; con- »
fracta sint, vel inferius tantũmodo, & cui deligatio adhibita est, is mitella quadã manum habeat »
appensam, mitellaq; ipsa ea parte, qua est fractura, plurimum contineat, ita vt hinc & inde manus »
dependeat: in hoc alterum os in superiorem partem distortum deprehendat̃, necesse est. at si fra- »
ctis ossibus & manus, & pars iuxta gibbum cubiti mitella sustineatur, reliqua aũt cubiti pars su- »
spensa non sit: in inferiorem partem os distortum inuenietur. oportet igitur vt mitella molli quæ »
latitudinem habeat, & plurimam cubiti partem & articulũ ipsum manus æqualiter suspẽdamus. »
Hæc oratio prauam appensionem cũ doceat, quæ distortionem efficit, curationem etiã distorto-
rum ostendit. Faciamus. n. alicui in inferiorem partem cubitum esse distortum, hunc in inferio- H
re parte angusta mitella subiecta excipiemus. si in superiorem partem vero distortionẽ habeat,
appensionem adhibebimus, quæ ad inferius distorqueat. ea aũt est, cum mitella partes iuxta arti-
culum manus & cubiti gibbum suspendens, reliquum in medio interceptum cubitũ insuspẽsum
relinquit. Quẽadmodum ẽt si in articulo manus sursum cõtigerit distortio, deorsum distorquen-
tem deligationẽ afferemus, quæ partem circa gibbum cubiti reprehendat, eam quæ circa articu-
lum est, pendulã omittat. Eodẽ modo in distortione quæ est ad gibbum in superiorem partem, ea
adhibẽda est appensio, quæ solũ ipsam sine stabilimẽto destituens reliqua sustineat: quæ videlicet
ẽt non distortum locum in inferiorẽ distorquere partem posset. nã vt semel dicã quæcũq; nondũ
distorta distorquent, eæ quæ in contrariũ modũ distorta sunt, dirigunt. ac sicut in his, simili modo
circa tibiam & femur in totius cruris positionibus vel peccamus, vel recte nos gerimus. quod. n.
in brachio est appensio, id in crure positio est. vnde hic vnà cum appensionis noĩe positio quoq;
insuper est subintelligenda. Quod aũt in fine orationis huius dixit & contrario modo contraria
potest etiam de antedictis deligationibus intelligi: vt dicat cõtrarias his affectiones corrigi ac sa-
nari, si contrario modo deligentur. verbi causa, abscedentibus cõtraria ea sunt, quæ præter natu-
ram in rectitudinem fuerunt constituta. de quibus vtiq; satis à me superius dictum est.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS QVI, QVAE, IN MEDICATRINA FIVNT, INSCRIBITVR, COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quæ in communi de deligationibus dicta sunt, trahuntur ad rationem deligandarum fracturarum, sed pleraq; in libris de fracturis & de articulis latius exponuntur.

B
Ciendum autem in hoc de medicatrina libro primum omnium de naturalibus iudicijs scriptũ fuisse, quibus oẽs homines vti cõsueuimus & ad artes oẽs, & ad vniuersam vitã pertinẽtibus: non enim tm̃ ad propositam materiã spectãs, quæ de curatione ea est quæ manuum opera adhibeẽ, sed ad oẽs morborum, quæ in medicina fiũt, dignotiones, quas significationes vocãt, agere de iudicijs voluit. Secunda dissertatio de medicina ea quæ manuũ opera exercetur, quæ docet, ex quibus constet, quibusq; munus eius cõpleatur. Post hanc tertia de deligatione subsequitur: vbi qualis debeat esse deligatio edocemur, tum ab affectæ partis natura, tum ab ipsa affectione sumpta significatione. Quarto hic de fracturis agit, quæ sub generalẽ affectionẽ subijciuntur, quæ est continuitatis dissolutio: ita. n. ego totum hoc genus soleo appellare. at Hippocrates abscedentia corpora, quæ ita affecta sunt, vocat: vt & affectio ipsa abscessio merito nominẽt. tametsi vna quædam species generis huius sit, quam proprie abscessionem & abscessum. i. ἀπόστασιν & ἀπόστημα nuncupent. Cæterum hæc ea causa dicta â me in præsentia sunt, vt ea quę superius exposui, in memoriam reuocentur. nunc ad reliqua iam descendamus.

1 *Plagularum lõgitudines, latitudines, crassitudines, & multitudines eiusmodi sunto. longitudo, quanta est deliga-*
tio latitudo, trium, aut quatuor digitorum. crassitudo, vt triplices aut quadruplices sint. multitudo, vt circundatæ
neq; excedant, neq; deficiant.

C In tractatione de fracturis, quæ nũc ipsi proposita est, de plagulis, quæ splenia à splenis forma appellant, primum mentionẽ facit: iubetq; eas longitudine esse æquales deligationi, quippe cum ob illã assumant̃, quo eam stabiliant, & firmam atq; immotam contineant: Latitudine vero trium aut quatuor digitorum, eius videlicet qui deligatur: Crassitudine, vt triplices aut quadruplices sint. nam vbi tutiorẽ ac stabiliorẽ custodiã deligatio desiderat, quadruplices esse debent: vbi non ita, satis est, si triplices adhibeantur. Confracta aũt minutim ossa maiore custodia indigere perspi-
cuum est. At plagularum multitudinẽ tantam esse oportere inquit, vt circũcirca deligatum mem
brum longum, quod κῶλον vocant, cõprehendant. nam vt in iuguli aut costæ fracturis circũcirca locũ affectum cõprehendant, fieri non potest. sed magnitudo quidem fracturæ plagularũ nume-
rum tibi indicabit. in iugulo tm̃ tribus quadruplicibus plagulis vti consueuimus. ac duas priores in similitudinem X literæ imponimus, ita vt media vtriusq; pars, qua inter se cõiunguntur, supra fractum locum inijciatur. tertiam supra has per membri longitudinem porrectam super imponi-
mus, quæ & subiectas constringat, & fractam partem iuguli constipet.

2 D 

Quibuscunq; ad directionem adhibentur, longitudinẽ ex circuitiõe, latitudinem & crassitudinẽ ex defectu cor-
rectare debemus, neq; vniuersa explere.

Miror cur plagularum prius vsum non dixe-
rit, deinde quo modo vnaquæq; ipsarum sese ha
beat. Vsus. n. ipsarũ duplex est: vnus vt subliga-
mina cõtineant: alter vt ea mẽbra circũ expleãt,
quæ in acutum abeunt. quæ ipse tum ἀπόξυσιν, tum
ὑπόξυσμα appellare consueuit, quasi deacuminata,
& subsiccanea dixeris. cuiusmodi et cubiti iuxta
manũ, & tibiæ iuxta pedem pars est. quibus pla-
gulas circundandas orbiculariter censet, vt post
iniectionem fasciarũ extrinsecus, æqualis crassitudine futura deligatio sit. Cum igitur duo hi vsus
plagularũ sint, detentionis videlicet & expletionis, quam ipse directionẽ hic vocat, eas esse vult
tanta longitudine, vt circũ circa deligatã partẽ cõprehendant: crassitudine autẽ & latitudine pro
membrorum defectu. nã si maiores longitudine fuerint, q̃ vt membrum circũeant, necesse erit vt
alterum eius caput supra alterũ positum altiorem eam partem reliquis duabus, quæ vtrinq; sunt,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

reddat: atq; ita deligatio inæqualis, ac propterea laxa efficiatur. si contrà, breuiores, q̃ vt capita at- E
tingere sese mutuo valeant, locum in medio vacuum relinquent. ac deligatio contrario modo inæqualis euadet. sicut enim si longiores sint, tumorem quendam atq; incuruationem existere: ita si breuiores, defectum ac concauitatem quandam ea parte subsidere necessarium est. Plagularum autem harum circũiectionem non semel vniuersam, sed paulatim faciendam censet. vt crassitudine eæ sint tenuiores quæ superius: crassiores quæ infertus imponuntur. nam si semel omnes circunijcias, forma deligationis eiusmodi euadet, qualis membri à principio fuerat.

Linteorum autem subligamina duo sunt. primum quod à noxa in superiorem: secundum quod à noxa in inferiorem partem desinit. 3

Dictum à me etiam superius est, fascias quæ ante plagulas primum omnium corpori affecto circunijciuntur, subligamina ab Hippocrate nuncupari: quarum vtriusq; circuniectionis vsus in libro de fracturis scriptus est. prima enim fascia non solum vetat, ne quicq̃ eò defluat: verũetiam quod in affecto loco continetur, in superiorem partem aliquid repellit: secunda superuacuum sanguinem ab affecta parte ad membri finem elidit. vtriusq; autem communis vtilitas ea est, q̃ compositum os ne dimoueatur, continent. F

Iuxta noxam maxime, extrema minimum, reliqua pro ratione comprimendum est. 4

Horum quoq; ratio in libro de fracturis dicta est. in vniuersum. n. in omni deligatione, vbi quidem subiecta caro magis constringit, humor qui in ea continetur, ad circũuicinas partes elidi cõsueuit: vbi minus, is locus ex alijs magis compressis partibus affluentem humorem admittit.

At deligatio multam sani loci partem occupet. 5

Huius etiam cõsilij ratio perspicua est. nam dum multã partem sani loci deligatio occupat, fit, vt & firmius reposita ac conformata ossa contineantur, & magis ab affecto loco in circunuicinas partes humores elidantur: magisq; hi ne à superiori parte eò defluant, impediantur.

Fasciarum multitudo, longitudo, latitudo ea sit. multitudo quidem ne à noxa superetur, ne'ue ferulis illisio sit. neq; pondus, aut declinationem, aut effœminationem afferat. 6

Reliqui ferè oẽs inter ἐπισώματος & ὑποσώματος. i. fascias & subfasciationes, seu subligamina, nulla vsi sunt distinctione. at Hippocrates fascias, quæ ipsi corpori circũdantur, subligamina seu G
malis subfasciationes appellat, quæ plagulis extrinsecus superligantur, fascias seu superligamina vocat. Quarum sanè quanta esse debeat multitudo, longitudo, & latitudo hic docet: longitudinẽ tantã esse debere asserens, vt ipsum os repositũ ac conformatum firmiter contineat, neq; à noxa superetur. nã si non contineant fasciæ, vincentʳ, ac superabuntur à noxa. i. à parte læsa. nam si dum conformationem immobilẽ conseruant, vincunt fasciæ, dum ipsæ aliqua in parte mouẽtur, superari ac vinci merito dicendæ sunt. Quod aũt inquit/ne'ue ferulis illisio sit/id significat, ne pauciores fasciæ, q̃ par sit, adhibeantur, ita vt ferulæ impositæ illidant. i. vim & compressionẽ ad noxam vsq; pertingentẽ efficiant. verum si ẽt tam multas fascias inuolueris, vt grauent ægrotantem, ita quoq; nihilominus à mediocritate aberrabis. Quocirca vtrunq; finẽ ac scopum fasciarũ diligenti obseruatione coniectare debemus. fasciarum. n. scopi duo sunt, vt neq; cõprimant, neq; grauent. Sed neq; declinationem afferre debet multitudo, vt inquit. declinatio aũt, quam περίῤῥευσιν vocat, quasi diuersionem dicas, est, cum in alterã partem vel dextrã vel sinistrã tota deligatio deuergit, ac declinat. id quod immoderata fasciarũ multitudine euenit. Quam vero appellat effœminationem alij ad partes ipsas referũt, in quibus est noxa, vtpote imbelles ac molles futuras ex linteorũ multitudine quæ circũijciuntur: alij de deligatione ipsa intelligunt, quã remissam fieri ex multitu H
dine necesse est. nã impositarum ẽt ferularũ constrictio multis subiectis linteis resolui consueuit.

Longitudo & latitudo, vt trium, aut quatuor, aut quinq;, aut sex cubitorum longitudo, digitorum latitudo sit. 7

Digiti videlicet & cubiti illius eiusdem qui deligatur, intelligendi sunt. terminum aũt longitudinis & latitudinis non vnum tm̃ statuit, propterea q̃ nulla fasciæ longitudo in oĩbus æqualis est: sed pro magnitudine fracturæ multitudines, & longitudines, & latitudines linteorũ immutãdas censet. In tota vero hac tractatione de deligatione agit, quæ in fine adhibeẽ: quam in libro de fracturis eo tempore faciendam tradit, quo pars affecta finita inflammatione in ferulas conijcitur. 8

Tot item fimbriæ circunuolutiones, vt ne comprimant.

Toties circũuoluere fimbriam fascijs iubet, quoties ipsæ illæ inuolute sunt (fimbrias. i. παραῤῥάμματα appellans, quæ ex vestimentorum resegminibus ad vinciendum accõmodata sumi consueuerunt) cum vero inquit/vt ne cõprimant/de modo constrictionis eorũ docet. eousq; enim constringi fimbria debet, quoadfirmiter quidem maneat, non cõprimat tm̃. Sed partes huius orationis in hunc modum coniungendæ inter se sunt. tot fimbriæ circũuolutiones faciendæ sunt, vt nõ comprimant:

A comprimant: eo q̃ comprimere valde multæ soleant. Sed melius fortasse esset, si pro/tot/tales legeremus parua immutatione vnius literæ in græco verbo facta. σ. n. litera in ι, cõuersa pro τοσαῦται. i. tot, τοιαῦται. i. tales efficietur. quippe cum fimbriæ circũuolutiones qualitate magis, q̃ quantitate conuenientem deligationem contineant.

9 *Mollia autem & non crassa sint.*

Omnia hæc videlicet, mollia non crassa assumi iubet, sicut de linteis superius diximus, ita hic quoq; illud cauens, ne subiecta corpora illisione offendant.

10 *Atq; hæc omnia, pro longitudine, latitudine, & crassitudine eius quod affectum est.*

Dictum antea hoc de alia simili materia est, & in tota hac tractatione memoria tenẽdum, quicquid de longitudine, aut latitudine, aut crassitudine, aut numero linteorum dicitur, id ad partis affectæ longitudinem, aut latitudinem, aut crassitudinem esse referendum.

11 *Ferulæ vero sint læues, æquales, simæ in extremitatibus, minores hic inde q̃: deligatio est: ea parte crassissimæ, qua fractura erupit.*

B Ferulæ non secus ac plagulæ seu splenia, firmamenta sunt, ac stabilimẽta deligationis. Sed plagulæ tñ subligamina, ferulæ omnia quæ subiecta sunt, stabiliunt ac firmant: ita vt quatuor cuncta sint, quæ vtilitatem singula suam præstant. primo enim intus subligamina conformatum ac repositum os continent, prohibentq; ab affecta parte inflammationem. supra hæc ne dimoueantur ac deuergant, plagulæ imponuntur. deinde fasciæ seu superligamina superius cõuoluuntur. postea circundantur ferulæ, quæ deligationem stabiliant, ac firment: quas Hippocrates hic & læues. i. læuigatas ac planas, & æquales adhibendas censet. læui aũt asperum opponitur, æquali inæquale. atq; id quidem quod est asperũ, continuo ẽt est inæquale: quod aũt est inæquale, asperum necessario minime est. quemadmodum neq; via continuo est aspera, si sit inæqualis. quippe cum si ascensus habeat & descensus nõ asperos, & esse & dici inæqualis possit. ita fieri potest, vt ferulæ quoq; læues sint, & non æquales. nam si vel in latus, vel in superiorem, vel inferiorem partem sint distortæ, æquales quidem non erunt, sed tñ læues. Vt aũt neq; asperæ, neq; distortæ ferulæ sint, fracturę perq̃ vtile est. vtroq; enim modo comprimunt. quæ tñ distortæ sunt, illud insuper efficient, q̃ deligationem simul distorquebunt: qua distorta, pars ẽt fracta distorqueatur, necesse est. Simas præterea in extremis partibus assumi ferulas monet, id aũt est derasas leniter ac retusas in inferiori parte. nam quæ vsq; ad extremum caput æqualem crassitudinem seruant, æqualem vndequaq; deligationem reddent: id quod fieri nullo modo debet. vult enim vt in media parte ferulæ deligationem magis astringant: inde vero vsq; ad extremum relaxent. vult item minores eas esse longitudine q̃ sit deligatio, ne cutem vltra deligationem attingant: quæ sæpenumero ex eo q̃ humores à fascijs expressos suscipit, paulo altius turgescit, atq; extat. Supra vero ipsam fracturam crassiores propterea esse ferulas iubet, quia locus is potissimum compressione ipsarum indiget.

12 *Quæcunq; autẽ gibba & carne carentia natura sunt, cauendæ eorum eminentiæ sunt: vt circa digitos & malleolos, vel positione, vel breuitate.*

Cauere iubet, ne supra ossium extuberationes ferula s imponamus. id aũt fieri duobus modis potest: si vel omnino nullas supra illam deligationis partem posuerimus, vel adeo breues, vt accedere ad tuberositatem nequeant, sed prius q̃ eam tangant, finiantur. id quod facere melius est. Dum enim inquit/positione/nullis omnino impositis ferulis cauendam lęsionem significat: dum inquit/breuitate/detrahendum de longitudine ostendit. perinde ac si diceret, vel omnino nullis, D
vel breuioribus impositis ferulis, cauendum esse, ne pars eminentior attingatur.

13 *Fimbrijs vero affulcire est opus, non comprimere primum.*

De fimbrijs paulo ẽt superius mentionem fecit post fasciarum explicationẽ, non tamen quicq̃ ibi adiunxit, nisi de ipsarum circũiectione, id quod ordinis consequutio postulare videbaʳ. nunc vero inquit affulcire opus est, hoc est stabilire ac firmare absq; compressione. atque id facere primum. i. in prima deligatione. nam sequentibus diebus, si interrogatus æger nullam sentire se cõpressionem dixerit, altringere fimbrijs ferulas possumus. Nonnulli tamen non in fine præcedentis præcepti, sed in sequentis principio/primum/ponendum esse censent: vt talis sensus sit. primũ ceratum molle, læue, purum illinendum est. sed melius tamen est, vt legamus in sexto casu, & ce-
14 rato, & molli, & læui & puro, quò intelligere possimus, fasciam quoq; dum circa fractam partem conuoluitur, eo esse inungendam.

Ceratum molle, & læue, & purum.

Non. n. solum cutẽ affectæ partis cerato inungi vult siccis fascijs iniectis, sed vt vnamquãq; fascię inuolutionem sequamur illinendo, iubet. si. n. solam cutem illinendã intelligamus dum siccę

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

faſciæ inijcientur,fiet,vt cito affecta pars cerati auxilio deſtituatur.cum lintea ipſa imbibitura hu E
morem ſint,atq; ita cutem ſquallentem redditura.Cur igitur molle ceratum eſſe velit, perſpicuũ
eſt.loco.n.madefactionis eo vtendũ cenſet.quippe cũ poſsit quidẽ madefactione idem præſtari,
ſed tutius tamen cerato fiat,præcipue vbi fieri nequit,vt ægrotanti ſemper medicus aſsiſtat,& mi
niſtrum non admodum diligentem in cura adhibenda cognoſcimus. Vult aũt ceratum nõ molle
tantum,verũetiam purum eſse.i.nihil in ſe habere immixtum neq; propolis,neq; ſordis,neq; aut
terreæ aut harenoſæ ſubſtantiæ alicuius præter ceram.quod ſi ita ſit, continuo etiam læue & pla-
num idem futurum eſse manifeſtum eſt.niſi ob ea quæ cũ ceræ tumores concretos in ſe habeant,
ἐγκαρσίους vocantur,læue & planum amplius quid ſignificare,q̃ purum intelligamus.Legitur autẽ
non ſolum λεῖα.i.læue,verum etiam λεῖβα,adiecta litera β,ad α,ſecundam ſyllabam, quod eſt liqui-
dum.magisq; ita illi ſcribendum eſse autumant,qui in puri ſignificato lævorem quoq; contineri
putant.liquidum autem opponi ſicco aiunt,id quod in puro non intelligitur.

Aquæ caliditas,& multitudo ſpectetur.caliditas,vt ſupra ſuã ipſius manũ infundat.multitudo ad laxandũ:& 15
attenuandum plurima:ad carne implendum,& molliendum mediocris optima eſt.

De aqua item dicere ad fracturarum curationẽ neceſsariũ eſt.dum reſoluunt.n. fracturas me- F
dici oẽs calida aqua perfundunt,ac fouent,præſens ex ea auxiliũ experti.In cuius ſanè vſu duplex
contingere error ſolet:in qualitate vnus,alter in quãtitate. in qualitate quidẽ,cũ aut calidiore,aut
frigidiore iuſto ea vtimur.in quantitate cũ longiore aut breuiore tẽpore perfundimus, q̃ par ſit.
Indicium moderationis in qualitate medici ipſius manũ ſtatuit.ſupra eam.n. infundẽs aquã qua
fracturã eſt futurus medicus,conijcere inde quod fracturæ conueniet,poteſt. Conuenientiã autẽ
cum latitudine quadã intelligendam duco,quæ ad cõem omnium hominũ, non ad ægrotãtis ha-
bitum referaẽ.interdum ſiquidẽ ſit,vt medico moderata,ægro eadẽ incõueniẽs, atq; immoderata
videaẽ.quocirca paululũ ex ipſa ſupra eã laborãtis mẽbri partẽ,quæ primũ fuerit reſoluta, inſper-
ges,ab ægroq; requires frigidior ne,an calidior eſse ei videatur. atq; ita pro eius reſponſione tm̃
vel calidæ vel frigidæ adiunges,quoad temperatã ac moderatam ipſi quoq; ægrotanti aquam effi
cies.Primum igitur aquæ temperaturæ iudiciũ noſtra manus affert,vtpote quæ primo eã experi-
tur.ægrotantis tm̃ ſenſus præcipuũ,ac perfectiſsimũ,ac poteſtate primum eſt.At vſus ipſius quan
titas cões habet diſtinctiones cũ frictione,omnibusq; remedijs quæ calefaciunt. ea ſiquidẽ adhi-
bita non ſolũ ẽ vicinis locis ad calefactã partem attrahere,verum ẽt digerere conſueuerunt. vnde
ẽt calida aqua efficere contraria eatenus videẽ,quatenus & corpus quantitate eſt præditũ, & ipſa G
vel amplius,vel minus adhibeẽ.nam ſi inane ſit corpus,digerit potius q̃ attrahit:ſi ſit plenũ, cõtra
attrahit magis,q̃ digerit.ſi item breui tpe adhibeatur,replet magis,q̃ exinanit:ſi longiore, magis
diſcutit,q̃ replet. Merito igiẽ plurimam aquã laxare & attenuare,modicã mollire & carne replere
dixit.atq; ex euacuatione continuo quidẽ ſequiẽ attenuatio, ſed laxatio nõ continuo, ſed per alia
media.quæcũq;.n.ex repletione erãt intẽta,ſicuti oĩa quæ inflãmationẽ patiunẽ, ea dum euacuan
tur,laxari conſueuerũt:quę ex cõcretione ob refrigerationẽ,intentionẽ habent,dũ caleſiunt:quæ
ex ſiccitate,dũ humeſiunt:quæ ex homiditate,dum ſuperfluo humore exinaniunẽ.qm̃ igitur calida
aqua p̃ſtare quinq; hæc poteſt,cũ amplius ac diutius corpori fuerit infuſa, eã laxare atq; attenua-
re recte dictũ eſt.Cæterũ ne mireris,ſi calidã aquã & ſupuacuos humores exinanire, & quæ ſicca
ſunt,ac dura humefacere dixerimus.vtrũq;.n.alibi verũ eſse demonſtratũ eſt. atq; hæc ſunt, quæ
calida aqua poteſt efficere,ſi plurima adhibeaẽ. At ſi pauca ſit,in vniuerſum dicere qd poſsit, non
licet.nam ſiquis vbi bis & ter aut perfuſione vſus fuerit, aut fotione ex ſpongia, poſtea deſiſtat,
hmõi aquæ vſus nullã prorſus vtilitatẽ afferet. At ſi,vt ipſe inquit,mediocriter adhibeaẽ,carne im
plebit,& molliet ea quæ huiuſmodi ope indigebũt:ex me vero audi,cur adiecerim/ea quæ huiuſ-
modi ope indigebunt/ſi in plenitudinis habitu corpus ſit conſtitutum,& carne careat,mediocris H
aquæ calidæ perfuſio neq; molliet,neq; carnẽ creabit,ſed ſuperuacuo humore calefactã partem re
plebit.ſi vero carne quidẽ careat,ſed nõ ſit plenũ,id & carne implebit,& molliet. Carnis.n.agge-
neratio fit,cũ & mẽbra ipſa,q̃bus agnaſci aut circũnaſci caro debet, tẽperate & caliditate & frigi-
ditate ſeſe habuerint:& ſanguis q̃ illuc affluit,& qualitate ſalubris,& quãtitate fuerit moderatus.
q̃ ſanè vtraq; moderata aquæ calidæ pfuſione fieri ſolent.nã & ſanguinẽ ad perfuſum mẽbrũ tra-
hit,& carnẽ quæ in ipſo eſt,temperatam reddit.ſi.n.prius fuerit refrigerata, calefacit: ſi calefacta,
refrigerat,dũ calorẽ ad exteriorẽ partẽ euocat,& madefaciendo humiditatẽ bonã inducit:atq; ita
frigefacit,nõ alio modo,q̃ aquarũ dulcium balnea. nã & hæc quoq; mortuos ferè illuc profectos
calefaciunt,ẽt ſi valde frigefacti fuerint:exuſtos vero atq; incenſos nõ lædunt. immo tẽperatis la-
uacris videnẽ delectari cũ ſedatior poſt balneũ ipſis ſitis efficiaẽ. Sic igiẽ aquæ ẽt calidæ perfuſio,
ſi moderate adhibita ſit,carne implet,& ꝓpterea mollius membrũ ipſum reddit, quippe cũ recẽs
caro ẽ cõcreto nuper ſanguine effecta,nõ ſecus ac recenter coagulati caſei procreationẽ habeat.

Mediocritas autem in perfuſione hæc eſt.cũ adhuc ſuſpenditur,prius q̃; concidat,deſiſtendum.primum enim tol- 16
litur,deinde attenuatur.

A Perfuſionis aquæ calidæ mediocritas eſt,deſiſtere,priusq̃ perfuſa pars concidere inceperit.tol-
litur etenim primum.i.in maiorem tumorem naturali excreſcit, propterea ꝙ & ſanguis qui in ea
continetur, diffunditur, & ex ſuperioribus locis eò humores affluunt. poſtea vero cum diſcuſſa
hæc ſunt,& quæ affluxerunt,& quæ fuerunt circũfuſa:attenuatur,ac deſidit.

17 *Poſitio,mollis,æqualis,ſurſum verſa in extantibus corporis partibus,vt in calce,& coxa,vt neq; retorqueatur:*
neq; inuertatur.

Hanc lectionem nonnulli vt vnam ſolam interpretantur: alij in duas diuidentes partes ſepa-
ratim vtranq; accipiendam cenſent. Ac prior qdem ita circũſcripta eſt,vt vnam integram habere
ſententiam poſsit. Nam membrorum poſitio ſiue generaliter ſumatur, vt de appoſitione etiam in-
telligatur, quæ manui conuenit, ſiue ſpecialiter, vt ſoli cruri attribuatur,mollis ſemper,& æqua-
lis,& ſurſum verſa optima eſt. Mollis,ne ægrotum ea parte comprimat ita, vt & inflammatione
ob dolorem periclitetur, & dum habitum immutare cogitur, partem fractam diſtorqueat, quæ
immobilis multa cum quiete ſeruanda eſt. Inæqualis autem poſitio ſimul & dolorem affert, &
membrum diſtorquet,cum aliquibus in partibus ſine ſtabilimento remaneat, in aliquibus com-
B primatur.vnde merito æqualem laudat. At vero ſurſum verſa partem collocatam abſq; fluctione
conſeruat:ſicut quæ deorſum eſt verſa,cum fluctiones prouocet, inflammationis in cauſa eſt.atq;
hæc prior eſt huius lectionis pars: quam & vnam habere poſſe ſententiam, & recte ſeſe habere
perſpicuum eſt.Secundæ, ſi eam per ſe accipere quiſpiam voluerit, talis ſenſus erit. In extantibus
corporis partibus,vt in calce,& coxa optima poſitio ea eſt, vt neq; retorqueatur,neq; inuertatur.
quia tamen adiunctum non eſt/optima poſitio ea eſt/propterea quidam cum deficere ſententiam
hanc exiſtiment, ſuperiori annectere eam coguntur. at ſi ea priori annectatur, non amplius eſſe
vniuerſalis oratio, ſed de ſola extantium partium poſitione agere videbitur. Experimentarij ta-
men hunc locum ita connexum intelligentes, eſſe vniuerſale præceptum aſſerunt. oſtenduntq;
Hippocratem non in hoc libro tantum,verum etiam in alijs multis vniuerſales ſermones in vna,
aut duabus rebus facere:quando in his quod de rebus eiuſdem generis traditur, euidenter appa-
ret. quemadmodum nunc quoq; in calce & coxa fecit.cum enim cætera omnia huiuſmodi mem-
bra,cum patiuntur,in molli & æquali & accliui habitu figurari debeant,maxime omnium requi-
rere ea id videntur, quæ extant in corpore ac prominent,cuiuſmodi coxa & calx eſt. Sed enim di
ctum ſæpe à me eſt huiuſmodi Hippocratis loquutionẽ præbere occaſionem aliter atq; aliter ex-
C planandi.vt quod quiſq; interdum opinetur, probabile eſse videatur. quocirca neq; de eo quod
quiſq; verum eſse opinatur,affirmandum eſt. Scire igitur licet in diſſentientibus expoſitionibus,
modo ſenſus idoneus ſeruetur,diu nos tẽpus terere minime debere:ſed melius eſse,vt ad id quod
vtile in arte eſt,tranſeuntes, in eo immoremur. ſicut nunc quoq; rectius videtur, vt cum poſitio-
nem in omnibus mollem,& æqualem,& accliuem eſse oportere, ſed præcipue tamen in extanti-
bus partibus, cuiuſmodi eſt calx,& coxa, inter omnes conſtet:ad ſequentia conſideranda perga-
mus, vbi inquit, vt neq; retorqueatur, neq; inuertatur.hinc enim extantium partium poſitionis
vtilitas conſpicitur.nam ſi altior iuſto poſitio ſit,membrum retorqueri:ſi humilior,inuerti con-
tinget,& præcipue ſi alta prius fuerit.atq; hæc ad artem ſpectant.Præter artem autem circa verba
ipſa plures commentatiunculæ eſse poſſent.ſed in libro de fracturis ſicut de alijs omnibus præce-
ptis quæ tradit,ita de calcis quoq; depoſitione dictum perfecte eſt,vbi inquit. Valde autem labo-
ſc randum eſt,vt ſummus calx apte deponatur. Nonnulli vero ſunt,qui orationes omnes alijs in li-
bris poſitas,quæ eundem ſenſum contineant, integras vbiq; aſcribere conſueuerunt:id quod ne
in duobus quidem continuatis diebus fieri poſſet. vnde etiam huiuſmodi expoſitorum librum
aliquem non citius quàm anni ſpatio legit quiſpiam. Ego vero quia iam in librum de fracturis,
D & de articulis multa iam commentus ſum, commemorandi tantummodo cauſa nonnulla mihi
eſse dicenda hic exiſtimaui. Quòd ſiquis quod nunc à nobis propoſitum eſt, q̃citiſsime præter-
greſſus ad illa procedat,à me videlicet qui expertus ſum edoctus,doctrinas illas quæ late & diffu-
ſe,non quæ preſse & cõpendioſe traduntur, perfectos reddere artifices ſolere:is ſciat,huiuſmodi
etiã cõpendiarias, cũ ſummã totius rei breuibus
cõplectant,tanq̃ inutiles minime eſse reijciẽdas.



18 CANALIS CRVRI SVBIECTVS

Canalem toti cruri,quàm dimidio conijciendum eſt.ad
morbum tamen reſpiciendum, & cætera quæcunq; lę-
dunt perſpicua ſunt.

Ad eos qui et de fracturis et de articulis libros
iam legerint, loqui huiuſmodi verbis videẽ, vbi
quę ignota imperito homini ſunt,perſpicua eſse
inquit.nõnulla.n.ſunt vnicuiq; homini pſpicua,
quẽadmodũ ea quę modo dicta iam ſunt.molli-
ter ſiquidẽ & æqualiter deponendũ eſse fractum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

membrum omnes intelligunt. at quam læsionem iniectus canalis afferat, non omnes: nisi qui de E
hac ipsa re prius audiuerint in libro de fracturis ea oratione, cuius initium illud est. De canalibus »
enim, qui in crura fracta subijciuntur, quid consulam, dubito. & quam ob rem dubitet, deinceps »
explicat. & rursus eodem in libro alio loco ita inquit. Canalē siquis sub ipsum femur ita subijce- »
ret. & cum plura subiungat, postremo in fine orationis ait in hunc modum. Si igitur fieri debet, »
perpetuus faciendus vel non faciendus canalis est. Hæc verba necessarium non esse canalis vsum »
declarant. si tamen quis eum adhibere vult, toti cruri vsq; ad inguen, non vsq; ad genu esse subij-
ciendum. Ex illis igitur perspicuum quoq; hoc effectum est, cum non per se apertum sit. Quan-
tum enim ad loquutionem spectat, coniunctionem/ñ/qua hic vtitur. i./q̄/pro disiunctiua parti-
cula/vel/possemus accipere, sed pro negatione tamen positam esse intelligimus. vult enim vt toti
cruri absq; læsione, non vsq; ad genu solum canalem subijciamus. ñ autem, id est/q̄/pro/non/ab
Homero etiam positum eo versu est, Saluum ipse esse volo populum q̄ morte perire. i. non perire. »
& Thucidides eodem in significato vtitur. Inspectandum insuper esse morbum inquit, cuius
causa canalis assumitur: & cætera quæcunq; lædunt. ac morbus quidem est ossium cruris vehe-
mens fractio, in qua nisi immobilis plane crus seruetur, admittere curationem non potest. nam
canalis à nonnullis laudari consueuit, vtpote in illis occasionibus vtilis, quando è lecto æger sur- F
git, vt vel ventrem exoneret, vel prioris cubilis duritiam non ferens ad alterum trãsferatur. id
quod ipse etiam in libro de fracturis ostendit. Canalem quoq; ibidem declarat vsq; ad genu subie
ctum sicut non prohibere, quo minus crus moueatur, ita molestum atq; immitem quoq; esse, &
sæpe comprimere. Quapropter iubet hic vt & ad morbum, cuius causa canalis adhibetur, & ad
damna, quæ canalis ipse affert, respicientes, eum modo assumamus, modo reijciamus. nam si ma-
gis nocet, quàm prosit, reijciendus: si maiorē vtilitatem affert, assumendus: ita tamen, vt toti cruri,
non vsq; ad genu tantum subijciatur.

Exhibitio autem, & distentio, & conformatio, & reliqua secundum naturam. 19

Exhibitionem esse, cum æger medico sese curandum præbet, superius dictum iam est. quo in
tempore quando medicus primum affectam partem aduertit, atq; ex ea significationem sumit
deinde ad curationem eius sese præparat, in habitu quodam esse affectum membrum conuenit.
qui secundum naturam eius sit. quippe cum ex eo qui præter naturam membri est, non parua
contingere lesio consueuerit. Post exhibitionem distentio fit, si ita paruum malum est, vt satis sit,
si in superioribus partibus tantūmodo contineatur. tunc igitur melius quoq; esse, vt æger mem- G
brum in sua naturali figuratione conseruet, nemini dubium est. Postea conformationis occasio
sequitur, in qua eundem quoq; habitum seruari simili modo conuenit. post quam depositionis &
appensionis tempus est, quæ vtraq; nominatim quidem non dixit, sed dum inquit/& reliqua/
significauit.

Natura vero in operibus existit. ex operis actione quid ea velit, coniectandū. ad hæc autē ex immorante, ex com 20
muni, ex cōsuetudine. Atq; ex immorante quidē & remisso rectas processiones debemus cōsiderare, vt in manu: Ex
cōmuni, extensionē & inflexionē, vt quod prope ad angularē cubiti ad brachiū figurā accedit: Ex consuetudine, veli
quos habitus facilius minime ferri, ut crura extensionē. ex ea. n. facillime plurimū tēpus non immutata perduraret.

Quoniam in priore oratione de eo quod secundum naturam est, meminit, merito nunc quæ-
nam ipsa hæc natura sit, quæq; eius notæ, exponit, atq; inquit: Natura vero in operibus existit. ex
operis actione quid ea velit, coniectandum. non secus ac si ita dixisset: secundum naturam qui-
dem habitus esse debent, at secundum operationes scopi ipsorum, & vtilitates, ob quas exercen-
tur. Ad hæc autem. i. ad ea quæ modo dicta sunt, exhibitionem videlicet, distētionem, & confor-
mationem, & positionem, vtpote cum æger affecto membro nullam operationem exerceat, alij H
scopi ad naturalem habitum membri inueniendum proponendi nobis sunt. quos deinceps ipse
enumerat, dum inquit/ex immorante, ex cōmuni, ex consuetudine/immorans appellans, quod
nihil omnino operatur, sed prorsus quiescit. ex quo inquit rectas processiones sumi, sicut in ma-
nu docuit. vbi vult subiectum esse os cubiti, os vero radij superiectum. Ex communi vero figu-
ram aduertendā censet, quæ inter inflexionē, & extensionem integrā intercedit: quam prope ad
angularē cubiti ad brachium figurā accedere inquit. angularem autem figuram appellari dicunt,
quæ recto angulo constat. i. ita vt cubiti os ad os brachij rectū angulū efficiat. Cum autē oīa anti-
qua exēplaria habeant/quod ,ppe accedit/& oēs etiā qui hūc librū explanant, lectionē hanc agno-
scant, duobus modis male id esse dictū constat, si angularem figurā eam intelligamus, quę acutum
angulū efficit. acutū. n. angulum minorē recto appellamus. nā cum recta linea supra rectam collo
cata vtrinq; angulos inter se ęquales efficit, recti ij anguli sunt. cum inęquales reddit, qui recto est
minor, acutus: qui est maior, obtusus dicit. ac rectus quidem angulus maior et minor esse minime
potest. eorū vero q aut acuti sunt, aut obtusi numero cōprehendi multitudo nequit. nā rectus an-
gulus indeclinabilis est. quippe cū à recta linea constituat supra rectam collocata ita, vt in neutrā
partē insistēs declinet. cū. n. in alterā partē inclinat, q̄to id magis vel minus fiat, innumerabile est.

Quàm

A



Quā igitur absurdum esset, si volēs rectum dice-
re quispiam, esse eum assereret, qui prope ad acu
tum accederet: recti enim notio p̄cedit, acuti in-
tellectio subsequitur. ,pterea quòd rectus vnus
sicut dixi, tantūmodo est: acuti multitudine sunt
infiniti. Quocirca siquis acutum prope ad rectū
accedere affirmaret, iure id diceret. nam cū plu-
rimi acuti sint, eum ex ipsis prope ad rectum ac-
cedere intelligeremus, qui parū à recto deficit,
quiq; linearū, quę ipsum efficiunt, cōmissionem
non admodum compressam habet. eodem modo cum quamplurimi sint obtusi, eos prope ad rectum accedere diceremus, qui linearum coniunctionem mediocriter obtusam habent. at prope
ad acutum accedere angulum aliquem, intelligi non potest, cum acutus vnus non sit. Præterea in
eo etiam esset absurditas, quòd neque ἐγγωνίους duobus γγ, id est inangulares, quo verbo hic vti-
tur Hippocrates, neque εὐγωνίους per ω diphthongum, id est bene angulares, figuras appellare,
B quæ angulum acutum habeant, ex Græcis consueuerit nemo: sed eas tantummodo, quę recto an-
gulo constant. Necessarium igitur fortasse est angularem, id est ἐγγώνιον, hic figuram intelligere,
quæ recto angulo constituitur: quæ fit, cum cubitus rectum angulum cum brachio efficit. Quæ-
rendum tamen videtur, cur/quod prope accedit/hic apposuerit Hippocrates: sed ante quam hoc
explicem, illud quod sæpe consueuimus, etiam hic mihi dicendum censeo. Obscurę hę loquutio-
nes nullam certam, scientięq; effectricem habere explanationem possunt. quo circa in his satis il-
lud esse debet, si vnà cum probabilitate & verum esse quod dicitur, & non repugnare sententiæ
auctoris videatur. ad hoc igitur spectās explanare verbū hoc/ppe/conabor. Dico igitur angularē
figuram, id est ἐγγώνιον, id non admittere, vt magis & minus esse possit, propterea quòd vna est.
nosq; talem in brachio figuram primū efficere non posse, qua absq; vlla declinatione ex ossium
inflexione angulus prorsus rectus constituatur. vt satis superq; sit, si ab eo procul nō recedamus:
deinde, si etiam ponamus, huiusmodi esse brachij figuram minime debere. naturalem enim eius
figuram prope ad angulum rectum accedere, ita vt paululum ad obtusum tendat, quæ videlicet
ad extensionem procedere incipit, demonstrabo. atque huiusce rei demonstratio ex ijs ducetur,
quæ ipse Hippocrates hic scribit. Ex immorante enim & consuetudine naturales figuras atque
C habitus membrorum inuenturos nos esse inquit. quæ sanè vtraque coniuncta compositū vnum
scopum efficiunt. perinde ac si quispiam in hunc modum dixisset, Qua figura, cum ociose mora-
mur, continere singula membra consueuimus, ea figura in curationibus quoque eligenda est. pri
mus enim idonearum figurationum scopus doloris esse vacatio videtur. Si igitur eos qui dolore
afficiuntur, inspexeris, eo positu plerunque manus tenere deprehendes, vt non prorsus media
inter extensionem & inflexionem, sed ad extensionem tendens figuratio earum sit. idem in alijs
habitibus etiam contingit. nam in defesso eam figurationem omnes eligunt, quæ dolore maxi-
me videtur carere. non enim medium prorsus situm inter supinum & pronum in iacendo susci-
piunt, sed ad pronum paululum declinant. Quapropter Hippocrates cum hoc vellet explicare,
orationi huic suæ/quod prope accedit/adiunxit. nam figuram hanc in brachio, quam dixi, maxi-
me omnium dolore vacare illi etiam plane nouerunt, qui vel talium artis operum periti sunt, vel
veritatem orationis huius non ignorant. Vnusquisque enim qui quodlibet opus explanandum
suscipit, duo quidem hæc debet spectare, vt & auctoris sententiam, & rei quæ dicitur, veritatem
assequatur. vbi tamen ex loquutionis obscuritate auctoris sententia est incerta, seruāda ei omni-
no veritas est: qua prodesse discentibus potest. hunc scopum ego in omnibus explanationibus
D habeo, seruareq; summopere enitor. At nōnulli ex explanatoribus etiam si vellent, assequi eum
non possent, cum & operum artis imperiti sint, & ad captiosum disserēdi genus sese contulerint:
euaserintq; illi, qui rationales medici nuncupantur. quorum causa fit, vt qui recte etiam vtuntur
ratione suspecti apud vulgus habeantur. Hæc igitur, etiamsi breuibus & raro dicta sint, memo-
ria teneri debent. Sed iam ad reliqua pergamus. Sicut in supina & prona figura illa dolore ma-
xime vacat, cui plurimo vitæ tempore assueti ferè omnes fuerint: sic in extensione quoque est.
in hac siquidem figuratione crura tenere absque vlla mutatione quàm diutissime possumus. Ne-
cessarium autem quoque esse, ne in aliam, quæ minus dolore careat, figuram crus immutemus,
in commentarijs de musculis vnà cum causæ propriæ assignatione demonstratum est, vt hic non
demonstratione, sed commemoratione opus sit. quemadmodum etiam, cur cito rursus eodem
redeamus, causam afferre hic necesse non est, cum longiorem orationem requirat. quippe cum
melius nunc sit, quàm causam hanc explicare, alterum quoddam referre, quod simul cum Hip-
pocratis sententiæ declaratione, maiorem adolescentibus afferre vtilitatem poterit. quòd à no-
bis in libris de musculorum motione dictum est. In brachij enim ad cubitum dearticulatione na-
turalis figura media est inter vtrasque excedentes, quibus videlicet vel extendere, vel inflectere
nullo modo amplius valemus. Carne siquidem ossibus denudatis cubiti sinus, quem duæ corni-

ces

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ces.i.incuruí processus terminant, in os brachíj coaptari cõspicitur, à cardine tali q; brachíj ro- E
tundatione compleri, quam duo vtrinq; tubera, quos condylos vocant, comprehendunt. nam in
vltima extensione posterior cubiti cornix in posteriorem brachíj sinũ, sicut in vltima inflexione
anterior in anteriorem infigi cõsueuit. ita vt qui posteriorẽ brachíj sinũ cauiorẽ natura habent, íj
in extensionibus amplius in exteriorẽ partẽ cubitũ reducant: qui vero in eo deficiunt, cõtra cubi
tum extendere penitus non valeant. non ergo fabricæ dearticulationis similes in omnibus, neq;
certi extensionis termini sunt: ac propterea neq; idem medium est in omnibus. Quando igitur
medium inter vltimam extensionem, & vltimã inflexionem, habitum naturalẽ esse dicimus, me-
dium id non in certo quodam termino & exquisito. sed in latitudine quadam intelligẽdum cen-
semus. id autẽ, cõmune hic appellat Hippocrates. Sed sicut fieri nõ potest, vt in media figura ex-
quisite brachium ita constituamus, vt ne acus quidem crassitudo vel addi, vel detrahi queat: sic in
figuranda manu à medio eo certo procul recedendũ minime est. in eo siquidem artificiosa con-
iectura à non artificiosa distat, q; artificiosa, prope ad exactam æquabilitatem accedit, quæ arte ca-
ret, ab ea q; plurimum interdum aberrat. Quocirca potest etiam hoc modo consulere Hippocra-
tes, vt quod ad angularem figuram prope accedit, seruemus: vt, angularem eam vocans, quæ re-
cto angulo constat, eò coniecturam dirigentes nõ procul ab exquisita eius æquabilitate recedere F
nos velit. Quod autem dixi me docturum esse iuuenes, quod ad præsentem rem vtilitatem maxi
mam afferet, illud iam explicabo. Tantam sanè in omnibus, quæ ad medicinam spectant, vim ha-
bet cõsuetudo, vt ea aduentitia natura à maximis medicis fuerit appellata: videatur q; ipse etiam
Hippocrates inter maxime necessarios scopos eã cõstituere, eiq; secũdã post naturã videlicet in-
dicationis vim attribuere: certam & exquisitam figuræ speciem eam esse existimans, quæ est na-
turalis, vt in omnibus ægrotantibus seruetur, nisi quatenus pro vniuscuiusq; cõsuetudine varia-
dum sit. Ego igitur, cũ nonnullos viderem toto die considere, euiusmodi illi sunt qui sedentarias
artes exercent, alios stare, alios deambulare: non ab re esse iudicaui, si magis extento habitu crus
illis figurandum curarem, qui plurimum tempus crura eo modo tenere fuerãt assueti: minus ve-
ro extento, qui toto die cruribus inflexis consedissent. atq; id cum experimento comprobassem,
ita esse deprehendi, sicut sperabam. In brachijs quoq; eadem ratio seruanda est. sunt enim pro-
pe ad angularem habitum figuranda, sed magis tamen, & minus prout consuetudo dictauerit.
Quoniam autem omnia rationalia documenta iudicare experimẽto homines solent, rem quoq;
hanc certam iam habere prænotionem testimonio est comprobatum. neq; enim fraudare hoc
ipsam volui. ab omnibus siquidem amicis examinata, certa atq; ad talia vtilissima euasit. Hippo- G
cratem igitur quoq; diximus exquisitam angularem figuram pro consuetudinum varietate im-
mutandam censere, ita tamen vt mutatio exigua, hoc est prope ad angularem figuram efficiatur.

In immutatione autem ex distentione in habitum vel positionem similia hæc musculos, venas, neruos, ossa ha- 21
beant, vel maxime disposita, & bene detenta.

Hæc prius etiam dicta sunt, vt siquis ea penitus omittat, ac de medio tollat, nullam iacturam
sit facturus. Contingit autem in huiusmodi libris, vt quæ multas res breui loquutione significãt,
aliter atq; aliter ab auctore ipso scribantur, dum videlicet spectat, qua potissimũ sibi dicendi for-
ma vtendum sit. & deinde cum librarius alia huiusmodi scripta in fronte, alia in margine exarata
repererit, omnia in contextum libri reducat, quo maxime ordine sibi visa fuerint apte collocari
posse. Quod autem hac oratione significatur huiusmodi est: Multa esse tempora ægrotantis iam
diximus: primum id quo ad medicum accedit, in aliqua figura membrum affectum prorsus con-
tinens. deinde alterum, quo seipsum medicis exhibet, vt cognoscant & quo morbo affectus sit, et
quo apparatu ad curationem indigeat: tertium præparationis ipsius tempus est: distentionis quar H
tum: post quod si fractura sit, conformationis: si luxatio, repositionis occasio subsequitur: postea
deligatio adhibetur: vltimum omnium tempus illud est, quo si manus laboret, appẽditur: si crus,
aut dorsum, aut caput, deponitur. Habitum igitur hic vocat ab habẽdo post deligationis tempus
membrorum deligatorum collocationem, à qua distinxit positionem eorum videlicet, quæ de-
ponuntur. quæ sunt tria, crus, caput, & vniuersa dorsi spina. vt de reliquis omnibus habitum in-
telligamus, de iugulis, de manibus, costis, summo humero, scapula, maxilla vtraq;, & siquid aliud
huiusmodi est. Vult enim in immutatione horum omnium membrorũ cum affecta sunt, alia be-
ne poni, quæcunq; poni possunt, alia quę poni nequeunt bene excipi ac detineri. illa εὔθετα, id est
disposita ac bene deposita, hęc εὐσχετα, id est bene detenta atq; excepta appellans. Commune au-
tem in vtrisque illud est, quòd secundum figurationem naturalem cõstitui debent. ad eam enim
respiciendum nobis censet extremum illud tempus obseruantibus in deligatione facienda, quo
diutius seruari eo modo possit. nam si alia figura deligationem faciemus, in extremo illo tempo-
re immutanda erit. qua immutata situs quoque musculorum, & neruorum, & venarum necessa-
rio immutabitur. atque ita neque disposita, neque bene detenta, id est neque bene deposita, neq;
bene excepta erunt, atq; appensa.

Distentio

22 A *Distentio in maximis & crassissimis, & æqualibus, & vbi vtraque, præcipue fiat. secũdo loco vbi subiecta pars tantum læsa est: vbi vero superior, minimum.*

Distentio, inquit, præcipue illis in partibus fit, vbi maxima & crassissima ossa sunt, & quæ cir-
ca ipsa sunt corpora, id est musculi. hi enim maxime extendi debent, propterea quòd retrahi ad ca
pita sua maxime consueuerunt. Membra autem quæ huiusmodi extensione indigeant, sunt fe-
mur: deinde brachium, & tibia: tum cubitus: postea quæ in summa manu, summoq; pede existũt,
exceptis ijs in præsentia, quæ in spina dorsi sunt. Verum etiam vbi vtraq; ossa læsionem sunt pas-
sa, maiorem distẽtionem desiderant, vt in cubito & radio: minimum autem, id est moderatissime
& leuissime distendi debent ossa, quæ superiora sunt, sicut in cubito radius. at omnia hæc, vt supe
rius dixi, in libro de fracturis absolute fuerunt explicata.

23 *Magis autem q; sit mediocre, nocumentum affert, præterquam pueris. accliuia autem oportet habere paululum.*

Si fiat distentio magis, quàm sit mediocre, siue in fracturis, siue in luxationibus, læsionẽ affert,
ac facit vt membrum, si fractum sit, conformatione, si luxatum, repositione frustetur. ac sanè pro-
prium eius nocumentum est q; & dum efficitur, maiore dolore afficit, & posteaquam facta est, fe-
B bres, conuulsiones, & resolutiones interdum inducit. id quod Erasistratus vidisse se in quodam
testatur, cui amplius quàm par erat, distentus humeri articulus fuerat. Pueri tamen ob corporis
humiditatem ac mollitudinem facilius, quã cæteri tolerare nimiam extensionem consueuerunt.
sicut enim humida & mollia lora sine ruptione vehementius extenduntur, dura vero & sicca rũ-
puntur: eodem modo & musculi & nerui, si humidi & molles sint, facile extẽsionibus obsequun-
tur, neq; vehementem dolorem sentiunt, neq; abrumpuntur: si vero sicci & duri fuerint, cum sine
magna ví extendi nequeant, non solum dum nimium distenduntur, verum etiam dum mediò-
criter, vehementi dolore afficiuntur. quin etiam dum id fit, diuelli ac disrumpi musculorũ ac ner-
uorum fibræ interdum solent. quorum nihil pueris euenit. sed íj neq; in inflammationes, neq; ob
ipsas in febres, aut deliria, aut conuulsiones, aut resolutiones incidunt. Atq; ipse quidem Hippo-
crates de pueris sermonem fecit: nos ad eunuchos & mulieres, atq; eos qui aut natura aut con-
suetudine humidi & molles carne sunt, transferre idem hoc dictum poterimus. quippe cum hu-
iusmodi omnes temperaturæ distentioni facile cedãt: nullumq; inde, etiam si modum aliquantu-
lum excesserint, magnum nocumentum consequantur. Nam quibus vel natura, vel consuetudi-
ne corpus induruit, íj & distentionem ægre tolerant. vnde etiam minus extendendos à medicis
C esse huiusmodi inquit. nam si immoderatius paulo extendantur, non mediocri læsione affici con
sueuerunt. Accliuia autem oportet habere paululum. hanc quoq; figurationem, sicut quod ante
positum est, ob id eligendam censet, primum quia stabilior & tutior, deinde quia innoxia magis
est. contraria enim ob dolorem nocumentum affert.

24 *Directionis exemplum esto æquiuocum, coniugatum, simile, sanum.*

Non æquiuocum, sed vniuocum dici melius erat. æquiuoca siquidem ea sunt, quæ non sunt
eiusdem generis. Nam homo homini vniuocus est, equus item equo, canis terrestris terrestri ca-
ni, marinus marino. Quæcunq; enim nomina vnam speciem in multis singularibus significant,
vniuoce de ipsis dicuntur: quæ vero de multis diuerlis specie dicuntur, ea æquiuoce nuncupan-
tur. & res, quæ ipsis subijciuntur, ab ipsisq; significantur, æquiuoca sunt. manus igitur cum ean-
dem speciem cum manu habeat non æquiuoca, sed vniuoca esse merito dici debuit. Sed accura-
ta hæc de nominibus consideratio non magni facienda quibusdam videtur. quapropter omissis
his, ea quæ ad artem pertinent, persequemur. Iubet vt in affectis partibus dirigendis exemplo
vtaris æquiuoco, coniugato, simili, & sano. æquiuoco & cognomine, dum brachium brachio,
D cubitum cubito, femur femori, tibiam tibiæ confers. coniugato & compare, dum in eodem ho-
mine non in diuersis comparationem hanc facis: id quod in libro etiam de articulis monuit, cum
inquit, Neq; alieni articuli inspiciendi &c. Adiungit autem coniugato simile, propterea quòd
fieri potest, vt coniugatum quidem sit quod confertur, non tamen simile. sæpenumero enim con-
tingit, vt & brachium alterum ex aliqua affectione aut alimentum non admiserit, aut abscessu la-
borarit, & alterum crus vel varum, vel valgum euaserit. vnde etiam subdit sanum, non veritus
dicere, quod idem planè potestate est, ne quicquam praue intelligere valeamus. quod enim coni-
ugatum est, sanum etiam prorsus est, si fuerit simile: nisi vtraq; eandem affectionem fuerint pas-
sa. sed hoc rarum est. quòd si dicamus, simile sano subiungi debere, eadem ratio erit. satis enim fue
rat, sanum dixisse, cum in se quoq; simile contineat. Sed fortasse hoc ex eo euenit, quòd cũ vtraq;
disquirendi causa scripsisset Hippocrates, vt in aliis contigit, non alterum tamen in contextũ, sed
vtraq; librarius admiserit.

25 *Refrictio soluendi, uinciendi, carnẽ augendi, minuendi vim habet. Vinciendi, si dura: soluendi, si mollis: minuen-*
di, si multa: incrassandi, si mediocris adhibeatur.

Vincire, appellat densare: soluere, rarefacere, & mollire: minuere vero, attenuare. Par est igi-
tur,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

tur,vt dura frictio perfricatam carnem ſibi ſimilem reddat, dum comprimit eam, ac conſtringit: E
mollis item eodem modo ſibi ſimilem carnem efficiat,vtpote quæ contraria ijs, quæ dura efficit,
agat.multam quoq; cum plurimum digerat,attenuare conſentaneum eſt.nutrit autem, & carnẽ
producit non ea,quæ abſolute multæ eſt oppoſita,id eſt pauca,ſed mediocris.id quod ẽt ſuperius
dixit,cum de calidæ aquæ vſu ageret.pauca enim prorſus frictio,non ſecus ac pauca aquæ perfu-
ſio nihil efficit,quod ſenſu quidem percipi queat.Eouſq; igitur fricãdum eſt, cum carnis nutrien
dæ cauſa id fit,quoad eadem indicia extiterint,quæ in moderata aquæ perfuſione ſuperius dixit,
his verbis:Cũ adhuc ſuſpenditur,priusq; concidat.deſiſtendũ.primum.n.tollitur:deinde attenua
tur.Nihil aũt hic ex operibus frictionis prætermitti in ſecundo de ſalubribus libro demonſtratũ
à me eſt.Aduertendum aũt eſt id quod pleriſq; eſt ignotum,veteres græcos ἀνάτριψιν.i.refrictio-
nem,quo verbo hic vtitur Hippocrates,non ſolere appellare eam frictionẽ, quæ ab inferiori par-
te ſurſum ducitur,ſicut compoſitio videtur ſignificare: ſed abſolute omnem quomodocunq; fa-
ctam.quinimmo rarum inuentu τρίψεως nomen apud ipſos eſt. ſolent enim ἀνάτριψιν, id eſt refri-
ctionem nominare,quam nos τρίψιν,id eſt frictionem ſeu fricationem vocamus.

Tum vero deligandũ eſt.ac primum quidem qui eſt deligatus,maxime ea parte qua noxa eſt, in extremis mini- F 26
mum dicat ſe fuiſſe compreſſum,atque affultas ſibi eſſe faſcias,non autẽ compreſſas, multitudine,non vehementia.
ac die & nocte ea paulo magis,minus poſteriore,laxius tertia..Ac poſteriore quidẽ tumor mollis in extremis parti-
bus inueniatur.tertia,pars quæ deligata fuerat,ſoluta gracilior inter omnes ligationes appareat. ſequente poſt hanc
die an iuſte deligatũ ſit,cognoſcendum.inde magis ac pluribus conſtringendum eſt.tertia item magis, ac pluribus.
at ſeptima quæ à prima deligatione fuerint ſoluta oſſa,gracilia,ac depreſſa reperiantur. In ferulas coniecta,ſi graci
lia & abſq; prurigine,& vlcere ſint,vſq; ad viginti dies à noxa relinquenda ſunt.ſi quid ſuſpectum ſit,ſolui in me
dio,ac ferulæ tertio poſt die firmari debent.appenſio,depoſitio,deligatio vti eodem in ſtatu ſint,obſeruandum.

Fulcimina,id eſt ἐρείσματα ea græcos appellare,quæ ſuſtentandi & firmandi cauſa apponunt, perſpicuum ex Homeri eo verſu eſt,quo inquit, Fulcimina puppibus abſtrahũt. idem ἠρείδατο, "
id eſt affultas eſſe ſignificat,hoc eſt firmatas,atq; applicatas eſſe.id autem multitudine magis q̃ ve
hementia linteorum fieri debet. Priuatim vero de deligationis conſtrictione nunc præcipit. ſed
de hoc,& de alijs omnibus,quæ tum hic,tum ſequentibus in orationibus docet,& in libro de fra-
cturis,& in libro de articulis perfectius explicatũ eſt.vt quæ illic dicta ſunt,non amplius huc eſſe
transferenda exiſtimem.turpe enim eſſe puto,ſi quæ ſatis ſuperq; alibi fuerunt explicata, iactare
commemorando velim.Quocirca his præteritis,quippe quæ clare ijs patere poſſint qui libros de G
fracturis & de articulis legerint,ad ſequentia deſcendemus.

Figurationum ſummæ ſint hæ:conſuetudines,naturæ vniuſcuiuſq; mẽbri,ſpecies ex currendo,ex ambulando,ex 27
ſtando,ex iacendo,ex opere,ex remittendo.

Ex hac oratione perſpicuum illud eſt,librum hunc commentarioli exemplaris in modum ſcri-
ptum fuiſſe, ac poſt auctoris mortem editum. fieri enim ſolet, vt qui huiuſmodi libros deſcri-
bunt,ea quæ vel duobus modis,vel extrinſecus ab auctore ea de cauſa fuerant exarata,vt diligen
tius poſtea conſideraret vtro ex illis melius enunciare ſententiam ſuam poſſet, in contextu ope-
ris inſerant. Cui enim credibile fit,Hippocratem bis eadem ſcribere voluiſſe, cum nulla id neceſ-
ſitas cogeret? & præſertim hoc in libro,vbi ſummam loquendi breuitatem videtur affectaſſe? cæ-
terum quia qui ante me fuere,hæc quoque explananda eſſe cenſuerunt,ego quoque eos ſequar.
Summas igitur figurationum,ſcopos eum appellare, in quos reſpicientes in vnoquoque mem-
bro accommodatam figuram reperimus,manifeſtum eſt. quin etiam conſuetudinem vnum eſſe
ex his ſcopis ſuperius dictum eſt,illis verbis:Exhibitio,& diſtentio, & conformatio, & reliqua ſe
cundum naturam.natura vero in operibus exiſtit. ex operis actione quid ea velit coniectãdum. H
ad hæc autem ex immorante, ex communi, ex conſuetudine. atq; ex immorante quidem ac re-
miſſo,rectas proceſsiones debemus conſiderare,vt in manu:ex communi, extenſionem & infle-
xionem,vt quod prope ad angularem cubiti ad brachij figuram accedit. ex conſuetudine reli-
quos habitus facilius minime ferri, vt crura extenſionem. ex ea enim facillime plurimum tem-
pus non immutata perdurarent.Hæc cum ſuperius ſcripſerit, vide quo modo non peius ſcripſiſ-
ſet de ijſdem in propoſita hac oratione. nam cum ſcribat conſuetudines & naturas vniuſcuiuſq;
membri,poſtea ſpecies,id eſt differentias ipſorum ex operationibus agnoſci vult. Nõnulli etiam
ſpecies membrorum aſcripſerunt,vt oratio ita ſeſe habeat:ſpecies membrorum.nam de cruribus
exemplum ſubiungit,cum inquit/ex currendo,ex ambulãdo,ex ſtando/& poſtea inſert ex iacen
do/quod profectò idem eſt cum eo,quod ſuperius dixerat immorari & cunctari. Cum item ſubi
ungit/ex opere,ex remittendo/opus pro particularibus operibus,id eſt pro currendo,ambulan-
do,& ſtando:remitti pro immorando ſumit.vt nihil amplius in hac oratione, quàm de operibus,
& quiete dixerit. neq; enim quia in principio naturas membrorum nominauit,propterea putan-
dum eſt eum aliam tertiam figurationũ ſummam dixiſſe.cum nullum aliud naturæ præter opera
indicium protulerit. Ac res quidem ita ſe habet. Quemadmodum in ſuperiore oratione ſcriptũ
eſt,in

A eſt,in omnibus occaſionibus curationis morborum,quæ manuum operam requirunt, ſeruanda
figura vna eſt,quæ naturæ membri fuerit accommodata.ea autem inuenitur, inquit, & ex immo
rante,& remiſſo,hoc eſt quando quieſcit quiſpiã:& ex communi.i.eo quod inter extremã exten-
ſionem & contractionẽ mediũ eſt:& ex conſuetudine,in qua videlicet & opera & quies cõtinen
tur. vt duo hæc,figuræ ſecũdũ naturam vniuſcuiuſq; membri indicia maxime generalia exiſtãt,
& mediocritas inter exceſſus,& conſuetudo. At ego in libris de motu muſculorũ de his cũ diſſe-
ruerim,& fabricam membrorũ,quam ex diſſectione inuenimus,oſtẽderim, figuras quoq; mem-
brorũ naturæ accõmodatas,ſicut ipſe ẽt in libro de fracturis Hippocrates,declarauit.Tametſi fie-
ri põt,vt alijs & nominibus,& verbis vſus de ijſdem rebus alia dicere videatur. quemadmodum
ſiquis figuram dolore carentem diceret.non.n.in alio id reperiet, q̃ in quieſcente. eadem quoq;
media inter eas quæ ὑπερβολικὰς.i.exuperantes,vocantur.quin etiam ex fabrica membrorum per
indicationem idem inuenietur.

28 *Quoniam vſus corroborat,ocium tabefacit.*

Hoc quoq; ſcripſiſſe quaſi commentarij in modum videtur libri huius auctor, eo conſilio, vt
B fortaſſe in editione poſtea dilataret.In alijs aũt exemplaribus ſcriptum reperitur in hũc modum,
Cur vſus corroboret,ociũ tabefaciat.quaſi id ſibi in quæſtionẽ auctor propoſuerit,quod non mo
do in chirurgia,verum ẽt in ijs,quæ ad victũ ſpectant, vtiliſsimũ eſt. Effœminat enim corpus oẽ
ocio vacantium,infirmũq; redditur:ſicut eorũ qui eo vtunt & operantur,corroborantur, ac vali-
dum efficitur.Duplex aũt orationis huius probatio eſt.experientia,omniũ qui attendunt ijs,quę
euidenter apparent:& naturalis fabricæ indicatio. ſicut in ſalubribus cõmentarijs dictum eſt. In
his igit̃,quę ad manuum operam curationemq; attinent,non oportet q̃plurimo tempore affectas
partes immotas ſeruare,ſicut nonnulli tutelæ cauſa facere conſueuerunt:ſed mouere eas media-
criter debemus,ſi abſq; inflammatione fuerint.atq; id primum incipere cum aqua calida ſupra af
fectum locum infunditur,deinde etiam in balneis,tum abſq; balneis idem facere.

29 *Multitudine q̃; compreſsione.*

Hoc etiam in annotationibus ſcriptum ab auctore huc à librario translatum eſt. nam ſuperius
integre & aperte,non vt hic diminute & obſcure dictum hoc idem fuit. oportet enim vt/linteo-
rum/ſubintelligamus,quo integra oratio talis euadat,Conſtrictio multitudine linteorum magis,
C quam compreſsione facienda eſt.

30 *Quæcunque exuccationes, vel contuſiones, vel vulſiones, vel intumeſcẽtiæ inflammatione carentes ex vulnere*
exhauriũtur,in ſuperiore corporis parte plurimum,in inferiore parũ deligandum eſt.non decliui manu, neque crure
habito,initia inijciendo ſupra vulnus,et firmando maxime,in extremis minimum,mediocriter in medio. Vltimam
partem ad ſuperiora corporis reducendo deligatione,& compreſsione. Verũ etiam hæc multitudine magis, q̃; vehe-
mentia eſſe debet.maxime vero his lintea tenuia,leuia,mollia,munda,lata,ſana requiruntur.ac ſine ferulis. perfu-
ſione vero aquæ ampliore vtendum.

Contuſiones φλάσματα per φ literã appellare Hippocrati mos eſt ionica lingua, quæ à nobis p
θ,θλάσματα dici conſueuerunt.fiunt aũt,cum graue aliquid ſupra corpus incidit, ac collidit, ita vt
carnea pars diſrumpatur.Cũ vero caro contuſa in locum ſub cute cruorẽ contrahit atq; exuccat,
exuccatio,ſeu ſugillatio vocat̃.fitq; id ſine vlla cutis diuiſione.venas tñ exiguas ſimul cum carne
rumpi ac diſcindi in ſugillationibus hmõi perſpicuum eſt. At vulſiones in fibris muſculorũ con-
tingunt,dum nimis diſtẽtæ interdum rumpunt.quæ à recentioribus medicis τίλματα hoc eſt vel-
licationes ſeu diſcerptiones nuncupant. Vbi hæc dixit Hippocrates,ſubiungit intumeſcẽtię,quę
D ὀιδήματα appellat.oẽs enim tumores præter naturam vno hoc nomine vocare cõſueuit. cũ cæteri
poſteriores in inflammationes & duritias,& intumeſcentias eos diſtinguant.nã inflammationes
Hippocrates incenſiones ipſas nuncupat,vnde ẽt nomen calidis tumoribus impoſitum eſt. præ-
ter hos aliud quoq; eſt quod ἐρυσίπελας dicunt,id eſt vicinitraham ſeu vicinirubriam,quod incen
ſum quidem atq; inflammatum ſemper eſt,cum tumore vero nõ ſemper. Hæc aũt omnia,quæ ab
Hippocrate comprehenſa hic ſunt,aliam quidem & ex victus rõne,& ex medicamentis curatio-
nem habent.ſed quæ manuum opera exhibetur, ea deligandi modo efficitur. præſertim cum ex
deligatione præcedente noxæ hæ exortum habuerint:de quibus videlicet ſermo ipſi nũc eſt. Nã
quod inquit ἐξαρύεται,id eſt exhauriuntur,ſignificat exprimũtur, ac per expreſsionem extollunt̃
atq; exurgunt. immo nonnulli ſcribunt ἐξαίρεται,quod eſt extolluntur,vt nulla expoſitione expli
cari amplius debeat.Deligationem vero horum in libro de fracturis ab ipſa parte,quæ tumore af
fecta eſt:nunc à vulnere faciendam cenſet.vulnus aũt appellari hic membri noxam ſatis conſtat.
atq; eatenus à deligatione fracturarum nunc variat,quod plurimam faſciarum conuolutionẽ in
ſuperiorem partem:paucam in inferiorem hic duci vult. Quod autem inquit/non decliui manu,
neq; crure habito,commune cum fracturarum deligatione eſt.ſed quia maximam in his quoque
de quibus nunc agit,vim habet,nunc etiam repetitum eſt. ne ſi negligentius nos geramus, ſicut
quãdoq;

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quandoq; conſueuimus, in magnum aliquod damnum incidamus. Quęcũq; enim ſi recte vel nõ E
recte fiant, non paruam vel vtilitatem vel læſionem afferunt, ea commemorare frequentius non
veretur: ex quibus vero paruum vel nocumentum vel emolumentum euenturum nouit, de ijs
ſemel dicere ſatis ſibi eſse putat. In fracturis igitur cum ſtatim deligatio adhibita eſt, priuſ q̃ inflã-
matio circa partem affectam orta fuerit, vel aliquid aliud ex malis, quæ nunc dicta ſunt, ne quicq̃
ad partẽ affectam affluat, ſimilis quidem cura, ſicut in his, eſse cõſueuit. vt vero diſcutiatur, quod
in parte affecta continetur, non ita danda opera eſt. vnde etiam hic perfuſionem aquæ adiunxit,
non quòd illic non omnino, ſed q̃ hic magis ea vtendum ſit. in huiuſmodi enim affectionibus ca-
lida aqua fouere magis eſt opus, vt quod in tumefactis partibus ineſt, diſcutiatur. quemadmodũ
etiam ipſe vbi de calce agit, in quo ex eo q̃ ex alto quiſpiam deſiluerit, ſugillatio quædam fuerit
exorta, cum alijs, quæ ſcripſit ad curationem huius accommodatis, hoc quoq; apposuit, aqua cali-
da pluríma vtendum eſſe, & non compreſsione deligatæ parti præſidiũ comparari. Dictũ quoq;
hoc idem eſt de fracturis. eſt tamen in his, & ne comprimantur, & vt diſcutiantur, neceſsitas ma-
ior. vnde ob eandem cauſam abſq; etiam ferulis deligationem fieri iubet: vt duo ſint, quæ â deli-
gatione fracturarum ipſam hanc ſeparent. quatenus videlicet & minus comprimi debet: & lin-
tea maxime leuia, & tenuia, & mollia, & munda poſtulat. his enim indigent ea, quæ ſicut minorẽ F
compreſsionem, ita maiorem digeſtionem deſiderãt. Addidit autem ſine inflammatione vnum-
quodq; horum eſſe oportere, ſi præſcripta hac deligatione curandum ſit, propterea q̃ quæ inflam
matione infeſtantur, nec modicam quidem ex deligatione compreſsionẽ tolerare poſsunt: ſolẽtq;
tum cataplaſmatis, tum frequenti aquæ calidæ perfuſione, tũ medicamentis humidis curari, quæ
videlicet inflammationibus finiendis ſunt accommodata.

Excidentiæ autem, aut tortiones, aut diſsidentiæ, aut auulſiones, aut abruptiones, aut diſtortiones, vt mãca, et in 31
alteram partem vergẽtia, vnde quidem exceſſere, concedendo, quò, intẽdendo deliganda ſunt: vt deligata in contra-
riam partem declinẽt, vel priuſ q̃ fuerint deligata, paulo magis, q̃; vt ex æquo ſeſe habeant & faſcijs, & plagulis,
& appenſionibus, & figurationibus, extenſione, frictione, directione, necnon ampliore perfuſione.

De omnibus his affectionibus in libro de fracturis, & articulis abſolutiſsime edocuit. nunc ve
ro ſicut de alijs multis, ita de his quoq; quaſi compendium quoddam ſcribit: quod quidem per ſe
ob breuitatem obſcurum cum ſit, ijs qui illos libros legerint, ſatis claret. & nos ẽt, propterea quia
ea iam explanauimus, pauca nunc memoriæ reuocandæ cauſa referemus. Nã ſiquis ab hoc de ijs,
quæ in medicatrina fiunt, libro auſpicetur, ei magiſter ea omnia euidentię cauſæ debet recenſere, G
quæ de fracturis, & articulis ſcripſit Hippocrates. huc vero transferenda, ac deſcribenda in com-
mentarium minime mihi eſſe arbitror. Vocat igitur Hippocrates in hac oratione excidentias, ar-
ticulorum luxationes: tortiones vero, cum articulus quidem eſt illæſus, ſed neruoſæ circa ipſum
partes tortæ ſunt. id quod maxime in ijs contingit quorum in vacuũ greſſus delabitur. Diſsiden-
tias vero appellat cum oſſa, quæ natura cohærent ac ſeſe mutuo contingunt abſq; articulo, ob ali-
quam læſionem diſsident à ſe, ac diſtant. cuiuſmodi in libro de fracturis atq; articulis nominatim
commemorat cubitum & radium in brachio, ad gibbum, & ad manum, in crure tibiam & ſuram,
qua & genu & calci committuntur. Auulſiones autem oſsium fiũt, ſicut ipſe de ſummo humero
diſſeruit, cum, quæ ipſum colligant, diuulſa plurimũ à ſe mutuo ſeceſſerint. At abruptiones, quas
ἀποκλάσματα dicit, ἀπάγματα, id eſt abductiones à recentioribus nuncupantur. de quibus in fine
libri de fracturis meminit, & neruorum, venarumq; fibris circa gibbum cubiti contingere eas
inquit, abductionemq; ibi appellat. Vnde poſteriores ſumpta appellatione abductiones fractu-
ras vocare conſueuerunt, quæcunq; prope articulum per totam oſsium craſsitudinem fiũt: ita vt
à ſeſe plurimum diſtent. hæ à recentioribus caulatim factæ fracturæ nuncupantur. Diſtortiones
vero à tortionibus in eo differunt, q̃ hæ articulũ quodam modo attingunt, paululumq; ipſum di- H
ſtorquent, & commouent. fiunt item circa vnum os, ac præcipue circa tibiam in pueris, quam etiã
vnà cum appoſitione eorum, quę dirigunt vtrinq; ex tilia, alioue aliquo ita valido, ac molli ligno
aſſerculis tenuibus factis deligamus. Recte autem fecit, cum loquendo de diſtortionibus, in alte-
ram partem vergentia/adiunxit. ſiue enim, vt nonnulli ſcribunt, vt manca: ſiue, vt alij, vt valga,
vtriſq; lectionibus in vtranq; partem vergentia conueniũt. quippe cum tam interius, q̃ exterius
tota dearticulatio, & præcipue in cruribus circa genu, & circa talos ſæpenumero inclineſ. quæq;
in exteriorem partem vergunt, valga, quæ in interiorem, vara & manca appellentur. His omni-
bus affectionibus accommodata eſt deligatio duobus his modis adhibita: vt & quò receſsit pars,
inde vrgeant, ac propellant faſciæ: & vnde receſsit, laxæ eo loco ſint: vt quod per deligationẽ im-
pellitur, ibi ſuſcipi valeat. quocirca concedere ea in parte, id eſt remittere, & non intendere deli-
gationem oportet. Vbi vero inquit/quò, intendendo/ſubintelligendum eſt, exceſſere: vt integra
oratio eiuſmodi euadat: Vnde exceſſere, concedendo, id eſt remittendo, & laxando faſciam: quò
vero exceſſere, ſintendendo, vt in contrariam partem ei in quam exceſserant, abeant, & declinẽt.
declinationis autem huius in contraria terminum, non qui ſecundum naturã eſt, ſtatuit. ita enim
morbus adhuc deligationem ſuperaret, cum membrũ diutinæ diſtortioni fuerit aſsuetũ: ſed pau-

A lo vlterius, q̃ naturale ſit, propellendum cenſet. Hoc ſiquidem ſignificat, cum dicit / paulo magis,
q̃ vt ex æquo ſeſe habeant. ex æquo enim ſeſe habent, quæ ſecundum naturam ſunt. atq; hanc in
contrarium declinationem cunctis eſſe faciendam vult, quæ ad deligationem aſſumũtur, quæ vi-
delicet ipſe nominatim percenſet, faſcijs, plagulis, appenſionibus: extenſione inſuper, frictione,
& directione. quippe cum omnibus his fieri poſſit, vt deligatio amplius, q̃ naturale ſit, in contra-
riam partem declinet. quin etiam perfuſione ampliore vtendum i nquit. adiunxitq; hic/amplio-
re/quod ſuperius etiam proxima oratione intelligendum prætermiſerat. Copioſius enim vtro-
biq; aqua calida perfundendum eſt, illic dirigendi cauſa, hic molliendi.

32 *At vero diminuta, multum ſanæ partis occupando ſpatij deligandum eſt: vt ex accurſione quæ contabefacta*
ſunt ampliore, quàm ipſa fuerunt imminutæ, diuerſa deligatione permutata in auctionem tendant, reformatio-
nemq; carnis efficiant.

Orationem hanc nonnulli, qui hunc librum expoſuerunt, ſicut alia multa paucis quibuſdã ex-
trinſecus dictis percurrerunt. alij vero qui eam clare explicare conati ſunt, à veritate adeo aberra-
runt: vt admiratione dignum ſit, quomodo diminuta membra, videlicet attenuata, atq; alimento
carentia, ad naturalem temperaturam reduxerint. Atq; ego quidem in artis operibus nullũ dam-
B num afferre diſcẽtibus exiſtimarim: ſiquis vel in ſignificato verbi alicuius, vel in aliqua ad clario-
rem euidentiam quæſtione propoſita non recte rem tractarit. at cum aliena ab vtili inſtructione
traduntur, illa vero neceſsario lædunt eos qui in arte exercẽtur. Quocirca priuſ docebo quo mo-
do ipſe membra emaciata, nutritioneq; carentia ſemper curare ſolitus fuerim, quo iam diſcentes
percipere inde vtilitatem aliquam poſſint: deinde verba hæc Hippocratis veritati enitar accom-
modare. Nam in ijs, quæ obſcure ita ſcripta ſunt, dandam mihi eſse operam cenſeo, vt veritate re-
rum ſeruata vetuſtam lectionem ei, ſi fieri poteſt, conſentire oſtendam: ſin autem id præſtari ne-
queat, veritatem ſaltem cognoſcendam adoleſcentibus exhibeam. Pleræq; igitur, quæ in parti-
bus quibuſdam contingunt, attenuationes, vel ex diutina membrorum quiete, vel ex modo de-
ligationis fracturarum euenerunt. nam & quies, vires quieſcentium membrorum imbecillas red
dit, atq; infirmas: & deligatio dum partium deligatarum ſanguinem partim ſurſum, partim deor-
ſum elidit, nutrimentum quoq; ipſis aufert. Quare malo huic curationem contrariã exortui eius
adhibere debemus, vires affecti membri corroborando, & idoneam ei ſanguinis copiam ſuppe-
ditando. vires aũt frictionibus moderatis, perfuſionibus, & motionibus corroborantur. vt ergo
plus influat ſanguinis deligatione idonea, quam hic ponit Hippocrates, vtendum eſt. tum aquæ
C calidæ moderata perfuſione, & motione, & frictione opus eſt, q̃ vires ẽt ſtabiliunt, & confirmãt.
eſſe vero omnia hæc moderata & qualitate, & quantitate debent. Nõ enim ſatis eſt, ſi vel frictio,
vel motio, vel calidæ aquæ perfuſio, neq; multa, neque pauca admodum ſit: ſed oportet mediam
quoq; eſse frictionem inter duram & mollem, motionem inter lentam & concitatam. aqua vero
temperata etiam ita eſse debet, vt media ſit inter nondum calfacientem, quę tepida vocatur: & eã
quæ calore mordax iam eſt, & dolorem affert, quam feruidam dicunt: At quantitatis rationem ſu
perius docuit, cum dixit/cum adhuc ſuſpenditur, priuſ q̃ concidat deſiſtendum/quo tempore vi-
delicet maxime rubicundum membrum conſpicitur. nam cũ membra, quæ tenuata ſunt, alimen
toq; fuerunt priuata, manifeſte ſint alijs, quæ naturaliter ſunt affecta, exanguiora, rubeſcantq; dif
ficulter cum perfricamus, calidaq; aqua perfundimus, eum ſcopum ſpectamus, vt ruborem con-
trahant: quo eodem tempore turgidiora etiam apparẽt. q̃ ſi fricare vlterius, aut perfundere per-
gamus, & rubor euaneſcit, & tumor omnis concidit, & ſubſidit. quin ẽt inde facilià ne ſint, an dif-
ficilia vt ſanentur, prænoſcemus: ſi vel facile, vel difficulter rubra efficientur, & turgeſcent. Iis aũt
quæ difficulter ita immutanť, ſoleo ego aliquo ex calefacientibus medicamentis liquidis frictio-
nem adhibere, & præcipue ijs, quæ parum Thapſiæ non veteris habuerint: atq; huiuſmodi atte-
D nuationis picatis medicamentis illinere conſueui. quæcunq; illa ſint ſiue picata, ſiue dropacita, vt
non picem, ſed dropacẽ dicendũ cenſeas. dicas enim licet quomodocunq; voluerís. non enim do
cere attice loqui adoleſcentes, ſed commemorare eis vtiliſſima artis medicæ opera his in commẽ-
tarijs propoſui, vſumq; picatorum medicamentorum in præſenti hac re. Nam ſi prima vnctio ſa-
tis plenum, & rubrum membrum reddiderit, deſiſtendum iam eſt: ſin minus, iterum illinendum,
atq; iterum: in quibuſdam ſingulis diebus, in quibuſdã tertio, aut quarto quoq; die: prout magis
vel minus deſiderare id affectum locum videris. Non addidi autem interdum pro ratione defati-
gationum calidum fieri membrum, quod vel fricatur, vel picatur, propterea q̃ ſimul cum rubore
id intelligitur. eodem ſiquidem tempore ruborem contrahit & calorem. Huiuſmodi mihi ſemp
curationem adhibenti attenuatis præter naturam, raro deligatione opus fuit. ſi autem aliquando
incidit, vt ea indiguerim, hoc modo quo iubet Hippocrates deligaui, illis verbis animum aduer-
tens, cum inquit/diuerſa deligatione/diuerſa videlicet ab ea, quæ fracturis adhibetur: quæ vehe-
mentiorem compreſsionem affectis membris affert. diuerſa enim hæc deligatio in prima etiam
ſtatim linteorum iniectione differt ab ea, quæ fracturis conuenit: cum non ſupra ipſam partem,
quæ affecta eſt, initium eius ponatur: vt in vlceribus & fracturis, ſugillatisq; & cõtuſis, alijſq; fit,
quæ paulo ſuperius diximus. deinde in eo ẽt differt, q̃ comprimere circa affectam partem mini-

me

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

me debemus: sed remissiore delig atione ibi vti.maxime vero vnde incepimus,comprimendum E
nobis est circa sanam partem:ac deinceps progrediendum vsq; ad locum qui affectus est: quò cũ
peruenerimus,maxime laxa linteorum cõuolutione vtẽdum est. Atq; hyeme quidem ipsi etiam
læse parti fasciam circundo:ita tamen,vt laxa cum sit, & ne minima quidem compressione astri-
cta,non calefaciat.at æstate sanam partem deligo,quò sanguis qui in ea cõtinetur, ad eum locum
elidatur,qui restauratione indiget.ipsam vero affectã partem calefacere insuper, & digerere non
conuenit.Si autem multa totum crus,aut brachium extenuatione contabuerit,alterum crus, aut
brachium deligo ab inferioribus partibus initio iniecto:& in crure vsque ad inguen, in brachio
vsq; ad alam & humerum fasciationem deduco. Nam cum in superioribus partibus iuxta iugula
à magna vena discindantur venæ,quæ brachium nutriũt:in inferioribus autem iuxta os sacrum,
quæ cruribus alimentum deferunt,si fluxus sanguinis alterius venæ, quæ ad coniugatum & cõ-
par membrum tendit,intercluſus fuerit,fit vt ad alterum membrum sanguis feratur.ac propterea
deligatio,quæ in sano membro fit, eousque astricta esse debet,vt comprimat quidem,non tamen
ita vt dolorem creet.pars vero affecta, vel nuda relinquenda est, vel si frigidus aer sit, paululum
vsq; ad femur lanis contegenda.nam si frigus nõ molestat,vtilius est vt nuda sit,assidueq; aut lin-
teis perfricetur,aut si difficulter calorem contrahere potest, medicamentis: si facile vero calescit, F
oleum tantummodo sufficit,cui parum ceræ adiectum sit.ita enim & magis permanet, & minus
digerit.eadem ratione in brachijs omnia facienda sunt.nam & deligandum sanum brachium est,
vt in cruribus faciebamus.& quod emaciatum est,fricti one, & motione calefaciendum. Cumq;
ille qui ægrotat,non prorsus est stolidus,quærendum ab eo est, caliditatem ne transferri in mem-
brum affectum sentiat,an id quiescere.nam si quiescere adhuc sentiat, tempus iam est, vt secun-
do loco calefacientia,& corroborantia medicamenta adhibeamus. Quorũ quatuor genera sunt,
fricti o linteis adhibita:aquæ calidæ perfusio:fricti o item vel medicamentis vel oleo facta:inũcti o
è simplici dropace:aut si nimis frigefacta esse pars affecta videatur, varius dropax sumendus est,
qui & bituminis,& sulfuris ignem non experti parum,& pyrethri habeat. Atque ita quidem cu-
randa esse extenuata corpora ex multorum sanatione cognoui. An autem Hippocratis quoque
hanc orationem recte explanem,affirmare non ausim:cum obscura admodum sit,& probabilita-
te quadam,non scientia aliqua certa declarari queat.expono tamen eam, non vt plerisq; ea lectio-
ne/vt ex accursione contabefacta amplius, quàm ipsa fuerũt imminuta/sic enim absurdus sensus
est:sed aliter,vt nonnulli scribunt,cum relatiuo nomine hoc modo/vt ex accursione,quæ cõtabe-
facta sunt,ampliore, quàm ipsa fuerunt imminuta. Contabefacta enim vocat loca extenuata ex G
motionis, & nutritionis defectu, quæ inquit/ex accursione/id est affluxu sanguinis curari opor-
tere:qui amplior videlicet eó deueniat, quàm si in naturali habitu essent constituta.ita enim effi-
cietur, vt in auctionem tendant,quæ diminuta sunt: si diuersa à priori deligatione vsi fuerimus.
Quænã autem sit hæc diuersitas,paulo superius demonstratum fuit:cui sanè diuersam quoq; esse
vim,necesse est.prior enim deligatio sanguinem à membro affecto arcet: hæc copiosiorem sup-
peditat,quàm si naturali in statu esset.nam quod secundum naturam sese habet,ei satis ille est,qui
in ipso continetur:ac propterea non amplior influere eò oportet, quàm qui in nutritionem eius.
perspirationemq; absumatur. cum vero vacuum, atq; exãgue est membrum,multo amplior esse
ei debet,qui influit,vt videlicet non tantum nutriatur,sicut cum sanum est: verum etiam instau-
retur. Amplior autem hic influxus ex assidua calefactione membri procuretur, necesse est.om-
nia enim quæ in curatione hac adhibentur,calefaciunt.fricti o, moti o, medicaminum impositio,
picatio,& aquæ calidæ perfusio: qua Hippocrates etiam esse vsus videtur, ob balneorum fortas-
se inopiam,quæ eo tempore erat. mihi enim aqua in balneorum solijs iniecta, & ad calefaciendа
moderate membra,quæ curantur,& ad defatigationem in eis excitandam satis fuit. Mouere in-
super ea opus est operationibus consuetis:atq; id non semel ac repente, sed sæpe ac paulatim vno H
quoq; die faciendum est.Fricti o item eousq; adhibenda, quoad calefactum membrum sit: dein-
de intermittenda. Atq; ego quidem in hunc modum orationi huic Hippocratis veram curatio-
nem accommodo,cuius vim re ipsa demonstraui,cum quãplurimorum ex deligatione,& diutur
na quiete extenuatorum membra instaurarim. Sed iam conuenit, vt super hoc quoq; eorum qui
librum hunc explanarunt,sententiam explicemus:quorum pleriq;, vt dixi,extrinsecus tñmodo
nonnulla cũ dixerint,rem ipsam inexplicatam reliquerunt. pauci eandem lectionẽ sequuti decla
rare totam sniam ex ipsa deligatione hunc in modum conati sunt.Iubere inquiunt Hippocratem
diminuta ex deligatione esse curanda:vt contabefacta, id est extenuata amplius ipsa,quàm prius
fuerant,in contrarium immutentur. multos enim morbos ita curari consueuisse aiunt, exẽplaq;
afferunt. nauseantes enim nonnullos vomitum ciente medicamento sanatos fuisse: alios acria
quædam frequenter deijcientes,expurgante potione: tussientes alios tussim vehementiorẽ mo-
uente medicamine conualuisse affirmant.Adde quòd nonnulli etiam sunt,qui id quod in defini-
tionibus,quos aphorismos appellant,dictum est, in medium afferunt, quæ in hunc modum sese
habent:Interdum autem in rigore absq; vlcere,si iuuenis carne præditus sit, æstate media frigidæ »
multæ perfusio reuocationem caloris facit.Si igitur,inquiunt,non solum ex contrarijs, verum ẽt »

ex

A ex similibus remedijs curationes fiunt: nunc quoq; Hippocrates diminuta curare nos sic iubet,
vt à deligatione incipiamus, quæ attenuare magis ea possit. cum ex accursione, vt aiunt, contin-
gat vt amplius contabefacta membra, q̃ prius fuerant,rursus nutritionem,carnisq; pristinam re-
stauratione recipiant.Qui autem ita interpretantur,cum diuersa deligatio explanationem nul
lam apud eos admittat, pro ἀλλοίῃ τῇ ἐπιδ'ἔσει, ἀλλοίῃ τῇ ἕξει, id est pro diuersa deligatione, diuerso
habitu legendum censent: vt tres differẽtes inter se lectiones loci huius euadant.vna/diuersa de-
ligatione/altera/ diuerso habitu/ nam ita quoq; in quibusdam exemplaribus scriptum inuenitur.
Qui autem legunt diuerso habitu,eum non ad deligationem,sed ad partem affectã referunt:quã
aiunt cum diuerso habitu prius vteretur, ex eoq; in extenuationẽ tetendisset: hunc postmodum
fuisse consequutam ex deligatione,quæ amplius contabefaciebat. quasi nõ amplius ex ea in gra-
cilitatem membra,quæ alimento caruerunt,deueniant:sed iam immutari incipiant: ea vero quæ
fracturis conuenit deligatio communis cum sit, vt paulo superius demonstratum est, etiam alijs
affectionibus,inter quas sunt sugillata,contusiones, & vulsiones, attenuare membra consueue-
rit. hoc igitur habitu inquiunt, ex eadem deligatione alimento carentibus membris instauratio-
nem comparari.Atq; hinc effectum est,vt tertiam lectionem nõnulli repererint,atq; ita scribant,
B /vt ex accursione cõtabefacta amplius quàm sponte fuerant imminuta/ se hoc modo rei absurdi-
tatem euasuros rati, si sponte dicerent membra fuisse attenuata. & quod hic docet Hippocrates,
non omnibus diminutis esse commune:sed de ijs tantum intelligi, quæ sponte in eam affectionẽ
inciderunt. communem & vniuersalem huiusce doctrinæ dissertationem in angustũ admodum
reducentes.cum paucissima sint,atq; admodũ rara,quæ alia ex causa nutrimentum non sentiant.
reliqua siquidem omnia ex diutina deligatione, & quiete talem habitũ cõtraxere. Ac de his ma-
gis, q̃ de alijs quibusdam mentionem fecisse Hippocratem consentaneum est, cum antedicta cõ-
sequantur.cum enim superius de fracturis & quibusdam alijs affectionibus dixerit,quę similem
deligationem requirunt: cognoritq; ex illis attenuationem, gracilitatemq; membrorum conse-
qui solere,quo modo curanda ea esset, sibi docendum existimauit. Quod autem maxime ijs cri-
mini dare quispiam posset, qui de deligatione attenuante loqui hic Hippocratem existimant, il-
lud est: q̃ cum attenuata instaurare propositum sit, id fieri nequit,nisi & vires ipsorum corrobo-
rentur, & materia nutriendi copiosa suppeditetur. at quam ipsi assumendam putant, deligatio-
nem,ea tum sanguinis affluxionem prohibet,tum imbecillem vim reddit: Quã vero ego ab Hip
pocrate dici affero, diuersam ab ea esse dico,quæ diminuta efficit. quippe cum à sanis incipiendũ
C non ab affectis sit:ita vt multis conuolutionibus eousq; astringamus,quoad nullus dolor,qui in-
ducere inflammationem possit,excitetur: atque ad affectum locum paulatim subinde relaxando
deueniamus. Adde q̃ si sequi horum explanationem velimus, sanum crus deligare vnà cum eo
quod laborat,nihil ad rem facit.nam vt amplius contabescant,quæ attenuata sunt,assumi deliga-
tionem inquiunt.at vt id fiat,non modo nihil prodest,si alterum crus deligetur:verum etiam no-
cet.sanguis enim qui in alterũ deferebatur, totum ad partem affectam per deligationem propel-
litur.Nam exempla illa,quæ isti qui ita interpretantur,adducunt:q̃ praue allata sint, perspicuum
est:cũ nihil in se habeant,quod doctrinæ Hippocratis conueniat. Sana enim eorum ratio est, qui
volunt vniuerse totam mali causam exinanire:quæ videlicet tunicis ventris ita inhæret, vt auelli
inde difficulter queat. tunc enim acria eodem iniecta cum ventrẽ irritent ad excernẽda omnia
simul facere consentaneum est. Simili modo quoq; ea quæ modicam tussim mouent, vehemen-
tiori tussi excitata, expurgari consueuerunt. At enim nihil his simile est,quod isti dicunt, mem-
brum attenuatum insuper esse contabefaciendum, quo principium instaurationis consequi va-
leat.ex ampliore enim extenuatione,& vires partium alimento carentium,magis debilitãtur: &
materiæ quæ alimentum præstet, suppeditatio nulla elicitur. Præterea de rigore hic mentionem
D facere absurdissimum est. quippe cum se imperitos esse artis Hippocratis manifeste declarent.
ille enim ex curatrice arte contraria contrariorum esse remedia inquit. Nõnulli tamen vim ora-
tionis minime percipientes, ad contradicendum conuersi sunt. perinde atq; illi, qui petulanter
omnibus contradicunt: eaq; audent vituperare,quæ nunquã omnino didicere.non modo enim
conttaria contrariorum esse remedia, non reprobatur ijs, quæ in definitionibus dixit Hippocra-
tes,verũetiam confirmatur:vel eo ipso aphorismo,in quo frigidam aquam caloris reuocationem
efficere dixit,calorem vero ea sanare.quem quidem calorem,qui frigidis affectionibus medetur,
fricti one aliquando,aliquando medicamento calefaciente,quandoq; exercitationibus,aut aquæ
calidæ perfusione excitamus:quin etiam bitumine interdum,& sæpe, vt diximus,pice oblinẽdo
membrum,quod calefaciendum est. perfusione item aquæ frigidæ interdum idem procuramus.
sed reliqua quidem omnia,cum ex se calefaciendi vim habeant,vtilia semper ijs sunt,quæ calefa-
ctione indigent:aqua vero frigida,quatenus frigida est,raro est vtilis: ac nisi in corpore quod in-
situm calorem validum habeat, assumi vtiliter non potest. nam carne præditus sit oportet, vt in-
quit ipse,cui vtilis futura frigida aqua est. neque huic quolibet tempore,sed æstate tantummodo
adhibenda est.Quis enim ignorat? quisq; est ex ijs qui de frigidæ aquæ potione scripserunt, qui
non dicat eam duo efficere consueuisse, vel dãnum ex refrigeratione, vel caloris maioris ab imis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

partibus reuocationem. Nam si valde calidum corpus sit, efficitur, vt eius calor à frigiditate mini E
me superetur, sed potius densata cute, atq; iccirco cohibita perspiratione augeatur: Si vero exi-
guo calore sit præditum corpus, vt occurreti frigiditati minime resistere valeat, cum vsq; ad imas
partes vis frigoris penetret: fit, vt in morbos ex refrigeratione contractos incidant homines. Sed
fortasse hæc quoq; superuacue à me dicuntur, cum alibi, sicut dixi, quæ sint ea, quę primo curent,
demonstrauerim: quæ prorsus. s. contraria esse debent. primo autem dicuntur, quæ absq; medio
vllo curationem afferunt: quibus opponuntur, ea quæ medium aliquod habent, quæ ex acciden-
ti, non primo prosunt. Quocirca nugantur isti, cum & deiectionem alui, & tussim cientia medi-
camenta, & frigidæ perfusionem cõmemorant: quæ quidem quãuis interdum apte fieri consue-
uerint, nihil tamen cum proposita hac re simile habent. Ostendẽdum siquidem ipsis est, quo mo-
do quæ modice attenuat deligatio, vel vires attenuatis membris afferat, vel faciat, vt copiosior
sanguis eodem deferatur. Quod quousq; ostendere nequeunt, sciant frustra se exempla adduce-
re. vt omittam interim quòd nulla scientiæ effectrix demõstratio fieri exemplis potest. exemplo-
rum siquidem vsus in commentarijs de demõstratione satis à me declaratus fuit. non enim di- al. exemplo
scentibus ea sciendi causa afferimus, vt nonnulli putant, ac præcipue illi qui non secus atq; orato-
res ad confirmanda omnia vti exemplis cõsueuerunt: qui sanè magno in errore versantur. Nam F
si Platonem tibi dixerint inductionibus plerunq; demonstrationes suas efficere, sciendum tibi
est eum diluciditatis causa inductionibus fuisse vsum. At vero qui inductionis & exempli vim
exacte cognoscere cupit, is ad propriam vtriusque tractationem relegandus est, alibi à nobis dili
genter explicatam: nunc mihi ad propositum redeũdum est. Sed prius legentes monitos velim,
vt ijs quæ à me hucusque dicta sunt, diligenter animaduersis, sic ad sequentis lectionis explana-
tionem deueniant, superius dictis manifeste attestantem: quæ vt clarius pateat, non vniuersam
simul, sed particulatim ascriptam explanabo.

Melius autem est desuper vt in tibia & femur & alterum crus vnà cum sana parte deligare, vt similius sit, si- 33
militerq; conquiescat: simili item modo alimento excludatur, idq; admittat.

Diminutorum deligationem diuersam esse faciendam dixit ab ea quæ fracturis adhibetur. In
illa enim propositum est, vt præterquam q̃ influxus sanguinis prohibetur, id etiam quod in affe-
ctis membris cõtinetur, sursum ac deorsum depellatur, quiescantq; ea nulla penitus motione agi
tata. Illa enim deligatione fit interdum, vt omni prorsus inflammatione liberẽtur partes quæ af-
fectæ sunt: at hac neq; influxum sanguinis prohibere, neq; quod continetur elidere, neq; immo- G
ta seruare membra, sed contraria omnino cuncta his efficere studemus. Quapropter deligationẽ
hanc, sicut prius etiam dictum est, à sanis partibus exordiri debemus. atq; ita ibi comprimere vt
ab ipsis sanguis ad attenuata elidatur: sana vero ipsa alimentum suscipere integre prohibeatur.
Ac cum tibia quidem aut cubitus ægrotat, satis est, si initium deligationis aut ab inguine, aut ab
ala faciamus. cum femur vero aut brachium est affectum, oppositum membrum deligemus, ne-
cesse est, ab inferioribus partibus initio sumpto ad inguẽ vsq;, aut ad alam. At si tibia admodum
laboret, & femur superius, & alterum crus deligare melius est, vt simili modo sicut affectæ partis
femur quod supra est, etiam crus sanum ociosum sit, & non alatur. Propterea enim dixit, vt in ti-
bia & femur & alterum crus deligare, vt similiter conquiescar. i. ociosum sit, & vacet alterũ crus,
quemadmodum femur eius quod ægrotat, & simili modo alimento excludatur, alimẽtumq; ad-
mittat. non enim ita vult ab alimento excludi quod deligatur, vt nulla omnino nutrimenti pars
ad id perueniat. nam si ex vehementi constrictione ab alimẽto penitus excluderetur, periculum
esset, ne aut statim membrum emortuum euaderet: aut si id non fieret, alimento prorsus omni si-
cut femur, ita tibia quoque destitueretur. sed nobis non erat propositum attenuare femur, sed ti-
biam instaurare. Quocirca cum modus deligationis gracilius membrum necessario efficiat, hu- H
iusmodi damnum aliquandiu admittere consueuimus: deinde tamen vbi modice iam nutritio-
nem sensisse tibiam aduertimus, vtrorũq; & femoris & tibiæ curam habemus. Explodẽda igitur
explanatio eorum est, qui & superiores attenuati membri partes, & alterum crus ea de causa at-
tenuanda esse existimant, vt partium quæ alimentum non admittunt, gracilitas occultetur, mem
briq; alterius sani comparatione deprehendi, atq; argui nequeat. ita enim non modo Hippocra-
tes, sed ne quorumlibet quidem medicorum quispiam recte mederi nos censeret.

Atque hoc linteorum multitudine, non compressione. 34

Prius quoque ita facere sæpenumero præcepit, vbi prorsus absque dolore seruari deligatam
partem vult.

Remittendo primum, quod maxime indiget, frictioneq; vtendo quæ carne repleat, & perfusione, absq; ferulis. 35

Primum dixit vel tempore, vel potestate. ac tempore quidem, vel in vna deligatione, vel in
multis deinceps inter se comparatis. quoniam autem omnia hæc vera sunt, iccirco perspicua ora-
tio est, nisi videlicet ita scripserit eo consilio, vt cuncta hæc ex verbis eius intelligeremus. Cęterũ

in prima

A in prima deligatione id consideremus. Cum hæc ex multo tẽpore facienda sit, ita vt primam lin-
teorum iniectionem firmantes ac comprimentes, cęteras conuolutiones subinde magis remitta-
mus, ac maxime ea parte, quæ nutritione atq; instauratione indiget: verisimile est, vt primum po
testate de membro quod curatur: primum tempore de prima deligatione dictum fuerit. Sed si de
omnibus deligationibus inter se comparatis intelligamus, sensus erit huiusmodi. si in primis de-
ligationibus vnà cum sano deligaris, prorsus aliquando nudandum id exhibebit ægrotus. Id igi-
tur primum faciendũ in ijs quæ maxime instauratione indigent, ac propterea non bene aluntur.
nam si ad affectam partem frictione, alijsq; quæ paulo ante dixi, sanguis attrahatur: nutritio, car-
nisq; instauratio in ea magis, citiusq; efficitur. Frictionis igitur, ac calidæ aquæ perfusionis men-
tionem fecit, medicamenti vero non meminit: propterea q̃ solius operationis præsidia hic agno-
scit. neq; enim præterm ilisse eum putare debemus, mouẽda esse mẽbra eousq; quoad defatigen-
tur. nam cum ipse docuerit cognata quoq; ijs quæ docentur, esse intelligenda, frictioni vero mo-
tus omnis extenuatarum partium cognatus sit: manifestum est, eum, cũ iusserit alterũ crus simul
cum parte sana membri affecti conquiescere, & nunc frictione vtendum dicat, mouendũ quoq;
esse censuisse. quippe cum fieri possit, vt & cubitus sine brachio, & tibia sine femore moueatur.
B nõ enim dum attenuationem curamus, immotum cubitum, aut tibiam seruare opus est. quin ex
superioribus partibus simul ac mota fuerint, curationem suscipere consueuerunt. nutrimentoq;
quod per loca non affecta pertransit, ipsa prius fruuntur. eo q̃ & frictionibus, & picationibus, &
calefacientium medicamentorũ appositionibus abundant. Sanguinis autem ad membra defluẽ-
tis maximum tibi afferet indicium calor & rubor qui in ipsis extiterit. Habes iam integram horũ
curandorum rationẽ: cum ijs quę Hippocrates dixit, calefacientium medicamentorũ quoq; vsus
à me adiectus fuerit. quo in genere etiam picatio est. Hippocrates nanq; hoc in libro, licet nõnul-
las affectiones cõmemorauerit, quæ curationẽ ex medicamentis requirunt, inter quas sunt exuc
cationes, distortiones, conuulsiones, nullam tamen omnino medicamenti fecit mentionem: pro-
pterea q̃ hic auxilia tantũmodo tradere proposuit, quæ manuum opera exhibentur, atq; illa non
omnia, vt dixi, sed quæ discere artem incipientibus necessaria maxime, atque vtilia sunt.

36 *Fulcimenta autem & stabilimenta pectori, costis, capiti, & reliquis quæ huiusmodi sunt. partim pulsuum cau-*
sa ne incutiantur. partim vt dissidentiæ compagum in ossibus capitis contineantur. atq; hæc fulcimenti causa adhi-
bentur. in tussibus autem, & sternutamentis, alijsq; motionibus, vt circa thoracem, & caput, in his omnibus eadẽ
C *deligationis moderationes stabilimenta efficiuntur. qua enim sunt noxæ maxime comprimendum est, subijciendaq;*
est sana aliqua mollis affectæ parti accommodata. deligandumq; est non constringẽdo amplius quàm vt pulsus non
concutiant, quamq; vt dissidentiæ compagum ad extremum mutuo se contingant, tussesq; & sternutamenta pro-
hibeantur. sitq; stabilimentum, vt neq; cogatur quippiam, neq; concutiatur.

Cumiubet neq; affulciri, neq; constringi deligationem fimbrijs, ijsq; quæ extrinsecus circũij-
ciuntur: idem dicere videtur de deligatione ipsa quã linteis efficimus. Notum est verbi ἐρμάξειν. i.
fulciendi significatum à fulciminibus sumptum, quę ἔρματα appellant, vt Homerus etiam memi-
nit, Fulcimina, inquiens, nauibus abstrahunt. quasi nihil referat an fulcimenta, an firmamẽta, an
stabilimenta dixerimus. videtur enim sæpe fulciendi verbo & de fascijs, & de plagulis, & de fim-
brijs vti: quippe quod firmare significet, ac stabilire. atq; vbicq; interpretes verbum hoc in eodem
significato accepere, quo stabilire. Nunc tamen cum duo hæc nomina hic, fulcimenta videlicet,
& stabilimenta, simul posuerit, diuersam quandam eorum significationem intelligere videtur.
Nunquid igitur fulcimenta appellat deligationem totam? quæ videlicet, vt affecta pars immota
seruetur, tam subijci, q̃ circundari consueuerunt. cuiusmodi sunt primum subligamina quæ licet
alios quoq; vsus exhibeant, fulcimenti quoq; vicem, explent: deinde plagulæ, quæ etiam ipsę nõ
D solũ fracturæ, verũetiam fasciarum firmamẽta sunt: tum fasciæ quę extrinsecus circundantur: po-
stremo ferulę & fimbriæ. omnia siquidẽ hęc cum continendorũ subiectorũ causa superijciantur,
fulcimentorũ non tam subiectis, q̃ fracturis vsum pbent. Stabilimenta autẽ ea mihi videtur voca
re, quæ sine deligatione à dextris vel sinistris, supra vel infra toti affectæ parti apponi consueue-
runt. Supra & infra voco quantum ad crassitudinem totius corporis attinet. in ea enim quæ sub-
sternuntur, infra: quæ superponuntur, supra sunt, qualiacunq; ea fuerint. stabilitur autem mem-
brum cum prostratum est, infra: cum est erectum, supra. Caput sanè puluinis, & ceruicalibus, la-
nisq; etiam & pannis mollibus. Canales quoque & ea quæ fractis cruribus vtrinq; apponuntur,
stabilimenta dici possunt. Lana vero quæ rotunda forma in alam conijcitur, quando luxatum hu
meri articulum rẽpositum deligamus, potest tam fulcimentum quàm stabilimentum nuncupa-
ri. cũ enim deligetur, quasi pars etiã ipsa totius deligationis efficitur. nã quæ thoraci & capiti ex-
trinsecus imponuntur, aut apponuntur, stabilimenta potius, quàm fulcimenta dici debent. Atq;
hæc sanè omnia ob necessarias membrorum motiones à medicis fuerunt excogitata. quarũ qui-
dem motionum aliæ naturales sunt, vt respiratio in thoracis pulsibus & membranis cerebri: aliæ
præter naturam, cuiusmodi est tussis, sternutamentum, & singultus. pulsus item in inflammatis
membris, & in temporum arterijs cum dolore vehementi caput infestatur, existunt, necnon &

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

palpitationes,quæ sæpe in p̄cordijs, quæ ὑποχόνδρια.i.subcartilagia appellant, aliq̄n in alijs etiam E
partibus eueniunt: indigent stabilimentis. Stabilimenta vero hæc q̄nq; sola facienda sunt, vt in
temporum arterijs in doloribus capitis vehementibus,aut in p̄cordiorum palpitationibus,aut
in vulneribus etiam quæ sanguinis eruptionem minantur. quandoq; lana fascia circūuoluenda
est. quin etiam sine fascia interdum lana stabilimus. circa thoracem & ceruicem lana stabilimus.
caput item ceruicalibus mollibus,& sacculis milio calido oppletis,quando simul & foueri, & sta
biliri opus est. interdum vero extrinsecus mollibus stabilimentis vtimur ex ijs quæ superimpo-
nuntur. Cum igitur cōmunis scopus sit ijs quæ proprie fulcimenta & stabilimenta appellantur,
merito qui librum hunc interpretati sunt, vnum & idem vtriscq; his nominibus significari existi-
marunt. & nos quoq; ipsi sæpe abscq; vlla differentia vtriscq; his pro eodem vtimur. cōmunis autē
scopus est,quem paulo ante dixi,vt in motionibus partes non concutiantur. Sed quia tamen pe-
culiaris quædam differentia inter hæc est, quam modo explicauimus, cum exquisite rem prose-
qui volumus, stabilimenta ea vocabimus, quæ extra deligationem sunt: fulcimenta quæ in ipsa
deligatione continentur. atq; ita definiemus, vt quæ membris adhibentur necessario motu præ-
ditis,quem cohibere & sedare in nobis non est, stabilimenta: quæ in immobilibus vtimur,fulci-
menta appellentur. Crus enim & brachium mouere in nostra situm potestate est: thoracem & F
membranas cerebri non est.Palpitatio etiam in aliquo membro existens, sicut neque tussis, neq;
sternutamentum,neque singultus,in nobis non est. nam licet resistere his aliquandiu valeamus,
vim inferunt tamen postea: atq; excutiuntur,cum validas habent causas, vnde existunt. nam ita
his resistere, vt ortus ipsorum prohibeatur, soli robustissimi viri posse videntur. Et ipse quoque
Hippocrates separatim in hac oratione hæc videtur scripsisse, cum de pulsibus dixerit, vt ne in-
cutiantur.de dissidentia vero compagum capitis,fulcimentorum: de tussibus & sternutamentis,
ac denicq; de motionibus circa caput, & thoracem stabilimentorum nomine vsus sit. Dissidentia
vero compagum capitis in ijs, quæ vocantur suturæ, contingit.quæ proprie quidem compages
appellantur, qua parte ossa capitis inter se mutuo compacta coaptantur: futuræ vero ex transla-
tione dici consueuerunt.caluariæ enim ossa adeo exquisite inter se coniunguntur,ac coaptantur,
propterea ipsorum cōiunctio κατ' ἁρμονίαν, id est ex compage & coaptatione facta,merito futura,
ex pannorum qui consuuntur similitudine, dicatur. Hæ igitur futuræ aliquando dissident,ac di-
stant,doloremq; afferunt: quando copulæ,quæ exteriorem caluariæ membranam,interiori quæ
dura dicitur, annectunt, inflammatione aliqua correptæ fuerint. venulæ item paruæ per futuras
exeuntes sæpe inflammantur:atq; inde fit, vt duræ membranæ motio quæ simul cum inflamma- G
tis venulis attollitur, dolorem efficiat. dolor simili modo ex inflammationibus quibusdam, aut
motionibus arteriarum excitari consueuit. Atq; hæ affectiones moderationem exquisitam stabi
limentorum requirunt,vt neq; si nimis laxa affecto loco admota sint,facile concutiantur, atq; ita
molestiam afferant: neque si contrà amplius iusto, astricta fuerint, collisione facta dolores vehe-
mentiores irritent.Hæc autem moderatio fasciarum circumiectionis superius etiam dicta ab ipso
fuit alijs quibusdam in morbis,qui fracturis conuenientem curationem & deligationem deside-
rabant. ac propterea nunc dixit/in his omnibus eædem deligationis moderationes/in his omni-
bus inquiens, quæ modo dicta sunt, eædem deligationis moderationes, quæ superius fuerunt
commemoratę.ac postea quęnam sint hæ moderationes subiungit,cum ait/qua enim sunt noxę,
maxime comprimendum est/.qua.i.qua parte pro aduerbio loci positum est.ā gręce cum circun-
flexo accentu,& aspiratione.Hoc autem quod fulciat vel stabiliat, accōmodatum affectui impo-
nendum esse inquit.deligandū non astringēdo amplius, q̄ vt pulsus nō concutiantur.i. q̄ vt pul-
sus præ angustia à motu suo prohibeantur:id quod dolorem efficere consueuit. Alterum insuper
terminum constrictionis in futurarum dissidentia statuit, cum inquit/q̄ vt dissidentiæ cōpagum
ad extremum mutuo se contingant/ad extremum vocans vltimam eam constrictionem, qua se H
mutuo contingere magis futuræ non possunt. quo vehemens atq; immoderata collisio declara-
tur,sicut enim neq; laxari,ita neque ad summum constringi compago ossium debet.quippe cum
etiam id præter naturam sit.atq; hi validæ compressionis termini sunt. in sternutamentis item &
tussibus,vt affecta mēbra non agitentur,& concutiantur,si nihil ea contineat. vehementes enim
motiones quæ laxa & instabilita sunt, violentius quàm membris affectis conueniat, concutien-
tes,dolores irritant. Moderatio igitur stabilimentorum ea est, quam in fine huius ora
tionis scribit,cum inquit/vt neq; cogatur quidpiam, neq; concutiatur/hoc
est,vt neq; violenter affectæ partes comprimantur,neq; in
motionibus concutiantur.i.vt neq; vio-
lentius, neq; laxius quàm de-
ceat,deligatæ sint.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE FRACTVRIS COMMENTARIORVM LIBRI TRES,

Ioanne Bernardo Feliciano interprete,

Nunc ab eodem & recogniti,& nouis quibusdam picturis illustrati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Communis ratio corrigendi simplices in cubito fracturas tractatur.ac primum brachio proposito docet quo pacto extensiones,conformationes,deligationes & positiones fractarum partium fieri debeant.

C ANtequam ad particularium explanationem veniamus,melius est,vt in vniuersum de tota explanādi ratione quippiā dicamus. Vis enim eius ea est, vt quæ in operibus auctorum obscura sunt,dilucida ac clara efficiat.aliquid autem eorum quæ scripta sunt, aut verum esse demonstrare,aut falsum conuincere,aut si captiose quispiam accusarit,defendere, licet separatum quid ab explanatione esse videatur: fieri tamē ab oībus ferè consueuit, qui cōmentaria conscribunt. & nihil vetat, quo minus explanator etiam hoc quoque exequi mediocriter possit.at de auctoris decretis prorsus contendere, illud vero explanationis terminos excedit.Quocirca ego non ad hunc scopum, sed ad antedictū spectans pauca quædam confirmandorum eorum quę dicuntur,causa,veris ac proprijs explanationibus subinde adiungam.Cæterū cum duplex etiam in hoc explanationis genere sit differentia, propterea q̄ duplex quoq; illud est,quod obscuritatem in se habet:rectius esse mihi videtur, vt de hoc nonnulla etiam in medium afferam.breuis autem de his quoq; erit oratio,quasi compendium quoddam eorum,quæ priuatim latius in cōmentarijs de explanatione dicta sunt. Demonstratū siquidem ibi est, quod obscurum re vera est, id per se esse eiusmodi. aliorum vero ortum obscuritatis in nobis esse, propterea q̄ audientium differentiæ q̄plurimæ existunt, ex eo q̄ aut prius eruditus quispiam fuerit,& exercitatus, aut sit prorsus rudis & inexercitatus: aut ingenio sit acutus & p-spicax,aut hebes & tardus.Age enim in hoc ipso libro de fracturis,vbi inquit Hippocrates/dicēdum igitur est quoſnā errores medicorū velim tum docere,tum dedocere/hæc sanè per se obscu-
D ritatem habet oratio,cū nos nullos errores esse intelligamus,quos docere oporteat. Simile quoq; illud est/& retortio articuli retorta est in hac figuratione/figurationem enim extenti brachij retortum habere articulum inquit ad cubiti gibbum. dicere autē inflexum ac retortum esse, quod rectum est,absurdum videtur.At illud quod subiungit,cum inquit/brachij enim cardinametum in cubiti sede in tali figuratione innixum ossibus cubiti & brachij directionem facit,perinde ac si vnum totum sit/si quale vtrunq; os sit nouerit quispiam,nullam obscuritatem præ se fert: si vero cubiti & brachij articulationis naturam ignores,merito tibi obscura oratio euadet. Ac mihi quidem melius videtur, vt quia plericq; ex ijs qui librum hunc legunt, dissectionis sunt imperiti, huiusmodi omnia explicemus.nam quę tale quippiā non habuerint, prætereunda nobis esse existimarim,hac tm̄ præmonitione vsis ad eos qui lecturi sunt.Siquid ex ijs quę exposuimus,obscurū esse putas,inspice primum diligenter an erratum librum habeas,cumq; accurate perpēde,cumq; exemplaribus auctoritatis alicuius confer. deinde si recte is se habere videatur, eundem locum adhibito studio iterū atq; iterū perlege. Ego enim cū p̄senti alicui coràm librum aliquē lego, ad discentis habitum respiciens conijcere quo explanationis modo vtendum mihi sit,satis possum: cum vero omnibus scribo, neq; ad eum qui optime, neq; ad eum qui pessime instructus fuerit, specto.quippe cum illud obscurum, hoc molestum plerisq;,si in apertis diutius immoremur, fu-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

turum sit: sed eorum rationem habeo, qui medio habitu prædíti sunt. q̄ si his aliquando frustrari E
contingat, ad eos declinandum magis censeo, qui prestantiores sunt. nam qui medio habitu sunt
inferiores, indignos iudico qui ad cōmentaria hæc accedant. satis enim ipsis est, si vbi sæpe eadem
à magistris alio atque alio verbo explicata audierint, intelligere ea quæ dicuntur, possint.

Medicum oportet luxationum, ac fracturarum quàm directissimas extensiones efficere. 1

Nonnullæ orationes, licet nihil quod magnificiendum sit, edoceant, partes tñ explanationis
esse existimantur. cuiusmodi sunt etiam quæ diuersas lectiones prœmonstrant: id quod in propo-
sitis his Hippocratis verbis existit. cum nonnulli scribant in principio/medicū oportet/: alij absq;
his duobus verbis scribendum per defectum censeant. eo q̄ atticorum is mos sit, quorum lingua
quadam ex parte Hippocrates etiã vtatur: adeo vt quidã priscam hanc esse atticam linguam asse-
rere non vereãtur. sed quid ego de Hippocratis lingua sentiam alio breui libello separatim decla-
ratum à me fuit. & nunc in exordio huius nostræ explanationis satis erit, si prœmonuero, me hu-
iusmodi omnia esse prætermissurū: quæ sicut partes propositi negocij minime sunt, ita sunt effec-
tura, vt cōmentaria hæc nostra in immoderatã longitudinem abeant. / Luxationum & fracturarum q̄ directissimas extensiones efficere/. non luxationes & excidētias tantūmodo vocat ossium F
excessus è propria sede, quę sine fractione fiunt, verumetiam exarticulationes & exarticulata in-
terdum appellat. De fracturarum vero nomine illud animaduersione dignū videtur: q̄ cum sępe
κατάγματα eas appellet, raro admodum ἀγμούς, inscriptionē eo nomine fecerit, quo rarissime vti
consueuit, περὶ ἀγμῶν librum hunc inscribens. vnde nonnulli sunt, qui neq; ab Hippocrate opera
hæc diuisa fuisse affirmēt: sed huic adiunctum fuisse librū qui sequitur, de articulis, vnūq; vtroq;
fuisse. qui postea in duos ab aliquo ob longitudinem fuerit distinctus. q̄n vero in vnū vtriq; erāt
cōiuncti, cōmunem inscriptionē quoq; habuisse, quæ erat, quæ in medicatrina fiūt. Atq; huiusce
rei testimonium conantur afferre, male illi quidem: vtpote cum veterem hominem adducant, di
cantq; vnum opus primi illius Hippocratis Gnosidici filij librum esse de ijs quæ in medicatrina
fiunt. nō enim debere nos existimare breuem illū libellum qui nunc ita inscribitur, esse eum qui
à magno Hippocrate fuerit cōscriptus: qui inter Græcos optimus & medicus & scriptor habitus
fuit. Q̄m igitur in his duobus libris de ijs quæ in medicatrina fiunt, agitur, iccirco vtroq; eodē ti-
tulo fuisse insignitos: ac propterea neq; doctrinæ ordinem certū in alterutro seruari. quippe cum
& in hoc de fracturis, luxationum quarūdam faciat mētionem, & in eo qui sequitur de articulis, G
quædam de fracturis non pauca cōmisceat. Alij vero sunt, qui nō distinctos fuisse in duobus li-
bros hos ab aliquo, sed à principio ita fuisse scriptos opinantur: putātq; ex eo inscriptionē vtriusq;
inditam, quod in vnoquoq; plurimam vim habebat. atq; hinc exorsi longam protrahunt oratio-
nem, dum demōstrare plerosq; Hippocratis libros hoc modo fuisse inscriptos volunt. Ego vero,
sicut sub vnane inscriptione, an sub duabus vtrosque hos libros scripserit Hippocrates, asserere
nequeo: ita illud habeo polliceri, me procedente oratione esse demonstraturum, & cum de luxa-
tionibus hoc in libro mentionē facit, & cum de fracturis in libro de articulis nonnulla dicit Hip-
pocrates, accōmodatissimo doctrinæ modo vsum fuisse. Cur autem hic/luxationum & fractura-
rum/immutato ordine dixerit, cum deberet fracturas luxationibus anteponere, quippe cum de
eis prius docturus sit, vnam rationem afferre possum: q̄ videlicet sæpe & apud Hippocratem, &
apud alios oēs veteres scriptores qui dicendi facultate excelluerunt, huiusmodi loquutionis ge-
nus reperitur, dum non ordinē eorum quæ traduntur magis, q̄ ordinis cōgruentiam sequuntur:
immo fortasse ne vllam quidē in huiusmodi rebus exquisiti ordinis curam habent. / Quàm dire-
ctissimas extensiones efficere./ in quibus mēbris luxationes aut fracturæ contigerunt, ijs in mē-
bris q̄ directissimis figurationibus extensiones faciendas censet. cur autē extendi debeant nulla
hic causa allata, figuram qua id faciendum est, longa oratione prosequitur. cum tñ ei liceret quæ- H
nam in re veritas sit, edocenti tacere de ijs qui aliter opinantur. Sed. n. non de hac tñ tractatione,
verum de alijs quoq; oībus scire illud operæprecium est: nonnulla summatim per capita tantū-
modo tractari, quæ breuissima omnium sunt: alia è contrario fuse per excursum explicari, ita vt
nulla oīno res quæ vtiliter dici potest, prætermittatur: reliqua vero oīa medio inter hæc loco esse
constituta, atq; alia ad breuissima, alia ad longissima accedere, alia à medio paululum abire, ac re-
cedere. Vtraq; autem hæc ita legere vnusquisq; debet, sicut ei vel ocium suppetit, vel voluntas.
neq; eos debet reprehendere qui vel ob breuitatē obscurius scripsere, vel dilucidatis causa lon-
gius produxere orationē. neq; enim præscribere legem his opus est, præsertim cum nihil profe-
cturus sit, qui id faciat: sed qd' sibi quisq; vtile esse videt, id sumat: ac non idē oībus in libris docē-
di, ppositum esse cognoscat. Vt exēpli causa, libri hi duo, de fracturis alter, alter de luxationibus,
fuse & late tractantur: vectiarius, seu de moliendi ratione, quem μοχλικὸν inscribit, cum eandem
doctrinam quantum ad rem attinet, polliceatur, summatim per capita absoluitur. estq; ea quę fu-
se fit, rei explicatio ad dilucidita tem: quę summatim colligitur, ad memoriam perq̄ accōmodata.
atq; hoc semel à me dictum memoria semper teneatur. Iam vero ad eas res de quibus hic docet,
diiserendas descendamus. animum tu diligenter aduerte. Licet. n. ipse postea cur extensio faciē-

da sit

A da sit explicaturus sit, siue conformare quod fractum est, siue quod est luxatū, reponere voluerís:
mihi tamen nunc, quippe cui dilucíditas in explanando proposita est, ad quam orationis ordo ex
consensu omnium quāplurimum confert, nihil prius q̄ hoc demonstrandum nunc videtur: quip-
pe cum ijs qui explanant aliquid, non ordinis tantūmodo, sed mediocritatis omnium quæ sigil-
latim dicuntur, dilucíditas esse scopus debeat. neq; enim ob aliud quippiam explanationē scribi-
mus. In libris igitur de musculorū motione iam docuimus maxime peculiare quātum ad alia cor
poris mēbra, inter se vero maxime cōmune ipsis illud esse, vt in seipsos contrahantur ac cōsidant,
nō secus ac lora, & chordæ, & funes. sicut enim cū horū capita apprehēsa in cōtrariū distrahimus,
distendi: cū relinquimus, cōtrahi hęc in se consueuerunt: sic musculi cū ossi vtriq; extremis inne-
ctuntur, similes apprehēsionibus manuū innexiones eas habent, à quibus in cōtrarias partes di-
stracti totum suū corpus distentū seruant. ac ꝓpterea cum totas fibras ipsorū per transuersum ab-
sciderit quispiam, fit, vt duæ ipsorum partes à se mutuo plurimum retractæ, sursum altera ad mu-
sculi caput, altera deorsum feratur ad finem suū, qua secundo mēbri ossi post articulū innectitur.
Cum vero absq; musculi p̄cisione os articuli è ꝓpria sede exciderit, in eā partem vbi finis musculi
inuenimur, quia totus in seipsum cōtrahit̄, & ad ꝓpriū caput recurrit, simul annexa ei mēbri pars
B quæ est ossis caput in dearticulatione, retrahitur: qua retracta totum quoq; os retrahi necesse est.

In hac igitur affectione euenit, vt caput ossis, quod in dearticulatione depressius erat, altius pristino situ euadat, vt in ꝓpriam sedem reponi prius oīno nequeat, q̄ totum os extēdendo tāto inferius constituatur, quāto altius præter natu-
ram fuerat ꝓlapsum. atq; hæc causa est cur, ossa quæ luxata sunt, prius extēdere debeamus. Cō-
fracta vero extensione quoq; indigere, inde co-
gnoscere p̄cipue posses: q̄ sicut luxatū extend-
ere opus est, vt reponamus, ita in fractis expli-
care sic affectam partē ac distrahere debemus,
vt fracturę capita sese mutuo cōtingāt. Quippe
cum fractura nihil aliud sit, q̄ continuitatis in osse dissolutio, sicut in carne vlcus: finemq; vtraq;
sanationis consequantur, si in pristinam vnionem fuerint restitura. in fractis tñ cura ea habenda
C quoq; est, vt partes in directum statuantur, quæ conformatio appellari consueuit. Nam si parua
fractura contigerit, vtraq; fracti ossis pars situm suum seruat: sin magna adeo, vt totum os fuerit
confractum, in ea alterent partes, necesse est, altera in anteriorem, si ita inciderit, partem, altera in
posteriorem, hæc in dextram, illa in sinistram, prolapsæ, ac permutatæ. Quocirca manibus amba-
bus vtrinq; comprehendendum membrum est: osq; quod in anteriorem partem recessit, in po-
steriorem: quod in posteriorem, in anteriorē propellendum: quodq; in sinistram abijt, in dextrā:
quod in dextram, in sinistram traducendum ita, vt omnes fracti ossis partes manibus fingentis
ac conformantis in contrarium compellantur. Quod cum fit, periculum est, ne fracti ossis emine-
tiæ aliquæ refringantur. neq; enim ita penitus læuia capita fracturarū sunt, sicut quæ à serris cul-
trarijs secari consueuerunt. nam quæ dentatæ sunt serræ, asperitates etiã ipsæ qualdã relinquunt.



D Quapropter quia timemus ne admouendo
partes quæ alternatæ sunt, eminentias ipsarum
aliquas defringamus, id quod, p̄culdubio fieret,
si inter se oppacta essent: propterea eas abducē-
tes à se mutuo alias sursum, alias deorsum ad cō
formationem deuenimus. Oppangere enim, i.
ἐγχρίμπτειν, quod est appropinquare & attin-
gere, nominat Hippocrates cum partes ossium
quæ conformantur, ad ꝓpriam sedem aguntur,
& se mutuo allidunt. Vt igitur distātia inter se
admoueantur, alteram partem sursum, alteram
deorsum trahere oportet. id quod oēs medici fa
ciunt, interdum solis ministrorum manibus, interdum laqueis, si res vehementiorem extensio-
nem postulare videatur. Incipiendam igitur esse & luxatorum & fractorum curationem ab ex-
tensione demonstratum est. nunc eam in qualibet figuratione nō esse faciendam declarabimus.
Primumq; illud aduertendum est, cum quatuor sint operationes, quæ in fracturarum curatione
exerceantur, extensio, conformatio, deligatio, & depositio: vnam communem in omnibus esse
oportere figurationem, dum enim extenditur membrum, conformatur. vbi vero conformatum
est, statim seruata eadem figuratione deligatur. quam rursus in depositione seruari necesse est.
alioqui efficeretur, vt aliæ deligationis partes laxiores linteorum conuolutiones, aliæ compre-
siores haberent: atq; ita quæ laxiores essent, cum moueri ossa permitterent, cōformationem cor-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

rumperent: compressiores, dolorem afferentes inducerent inflammationem. vt hinc vnam esse E
communem quatuor antedictarum operationum figurationem pateat. Hinc vero iam considerandum est, quid spectãdo eam inuenire valeamus. Optima sanè in extensione figura ea est, qua fit, vt sine magna intentione separata ossa in conformationem deducantur: in depositione vero ea, qua dolore membrum maxime careat. quæ vtraq; ex ea figura euenient, quæ in rectum fibras musculorum intenderit. In rectum autem ea intendit, quæ in vna membri parte totum musculũ seruat. nam si ab interiori parte exortum habeat musculus, atque ita ipsum figures, vt media eius pars in inferiore mẽbri parte, finis eius extrinsecus sit: vel media pars in superiore parte membri, finis extrinsecus reducatur: fiet, vt hoc modo circa membrum conuolutus amplius distendatur.



MVSCVLOR. DISTORTIO IN SVPINÆ MANVS FIGVRATIONE

Vnde si hac figura ipsum adeo extendas, vt partes fracti ossis multũ à se mutuo distẽt, sicut vehemente dolore corripietur, ita in discrimen venietur, ne diuellatur. ex nimia siquidẽ intentione factum aliquando est, vt diuulsi musculi fuerint. Quare planũ fit, vnam & eandem figurationem simul & dolorem cẽ minimũ creare, F
& conseruare musculos ne distorqueantur. Id quod Hippocrates aperte declarauit: cũ firmãdum in cubito totum brachiũ doceat, neq; penitus extẽtũ, neq; inflexũ, sed in medio quodã habitu cõstitutum. Optimam item esse figurationem hanc ipse ostendit. primum enim, quoniam cubiti os longius cẽ os radij est, sedes ac firma mentum stabile ipsis efficitur: deinde musculi, qui ex interiore brachij tuberculo exortũ habent, fines in interiore quoq; parte totius brachij mittunt. qui contrà ex exteriore exoriuntur, exteriore in parte fines habent. Cuiuscunq; vero musculi initium & finis in interioribus totius brachij partibus est: eius & reliquæ etiam omnes partes ibidem reperiuntur: & propterea totus quoque ipse musculus esse ibidem censendus est: Cuius item initium & finis est extrinsecus, simili modo in exteriore quoq; membri parte totum eundem esse constat. Quin etiam dolorem cẽ minimum afferre hãc figurationẽ experientia quoq; ipsa manifestat. ex duabus vero reliquis, quæ in vtrãq; partem ab hac diuersæ efficiuntur, altera quæ supina est, & plurimum musculos distorquet, & dolorem maximum videtur creare: altera, id est prona minorem distortionem, & minorẽ dolorem G
facit. Omnia ferè summatim dicta à me hic tibi sunt, quæ de figura totius manus deinceps Hippocrates docebit, diffusa adeo ac clara oratione vsus, vt pauca admodum sint, quæ explanationem desiderent: præcipue apud eos qui puerilibus disciplinis instructi sunt: aut librum hunc apud magistros legerunt, quibus videlicet commentaria conscribuntur.

Ipsa enim iustissima natura est. 2

Perinde ac si accommodatissima dixisset. quando enim quod vnicuique rei accommodatum est, seruatur, iuste quodlibet sese habet, ac disponitur. Aliud vero quod accommodatum in corpore sit, quàm id quod naturaliter sese habet, ne excogitare quidem facile possumus. Cum igitur vnicuique membro, & figuræ, & colori, & magnitudini accommodatum aliquid est, id optime se habet.

Quòd si quicquam aut hac aut illac declinarit, in pronam partem vergere debet. minor enim est error, quàm si in supinum tendat. 3

Duarum hic figurarum supinæ & pronæ mentionem fecit: quę cum de toto corpore dicantur, H
de vno etiam eius membro, quod est totum brachium, dicuntur. Ac totum quidem corpus pronum esse dicimus, cum in situ inferiorem partem venter, superiorem dorsum obtinet: supinum contrà, cum sursum venter spectat, deorsum vero dorsum ipsum sternitur. De quibus vtriusq; figuris hic cum meminerit, de manu & brachio futurũ sibi sermonem ostẽdit. quippe cum vt totum corpus alicuius aut frangatur, ant luxetur, fieri nullo modo queat. Cur autẽ, cum peccans aliquis à recto aberrauerit, melius sit, vt in pronum declinet manus, ipse in sequentibus docuit.

Qui igitur nihil præcogitarunt, nihil vt plurimum errant. quippe cum ipse ille qui deligandus est, ita à iusta natura coactus manum deporrigat. 4

Medici, inquit, qui nihil præmeditati sunt de naturali manus & brachij figuratione, plerunq; melius curant, q̃ qui prauis rationibus vtũtur. ipse enim ille è vulgo homo qui deligãdus est, manum medico ea figura exhibet, quæ minimo dolore infestat, à natura ipsa edoctus. quam nunc quoq; iustam nominauit: vtpote quæ quod vnicuiq; membro conuenit, accõmodatumq; est, & in prima generatione, & in sequente totius vitæ traductione inuenerit. ipse n. qui deligãdus est, manum deporrigit. Deporrigere, quod græce ἀπορρέγει inquit, nõnulli in eodem significato accipiunt,

A piunt, quo porrigere: exponuntq;, deporrigit pro præbet, atq; exhibet medico, alij deporrigere pro auertere intelligunt, ac prohibendo imperitiorem medicum in contrarium abducere. quippe cum natura omnes hoies habitũ eum in vnoquoq; membro eligere cõsueuerint, qui minimo dolore afficiat: quem rectissimum esse Hippocrates ostendit. Exhibent igitur seipsos medicis ægrotantes hac figura. & si medici in alteram eos transforment, ægre ferunt, ac renituntur: neq; ob dolorem obsequi volunt. atq; hoc inquiunt hi ab Hippocrate eo verbo deporrigere significari. quod vtrolibet modo accipiatur, res eadem intelligitur. Nam medicis, qui praue sapientiã venditantes male manum & brachium figurant, imperiti è vulgo sapientiores reperiuntur, dum dolore vacantem figuram eligunt. ita n. iusta natura coactus manum deporrigit. Alij vero sunt qui verbum deporrigit commune esse vtriusq; existimant. Sed cum res eadem quocunq; modo quispiam intelligat, seruetur, superuacaneum est de huiusmodi ambiguis verbis diutius considerare: quippe cum quæ ita ambigue dicuntur, & inutilia sint, & ejusmodi, vt inueniri prorsus nequeãt. quocirca prætereunda ab eo sunt, qui tẽporis rationẽ habet, quo ad vtiliora id impendere valeat.

5 *Medici vero sapienter scilicet comminiscentes sunt qui errant. studij igitur non multi est manum fractam tractare immo cuiuslibet, vt ita dicam, medici est.*
B

Sapienter cõminiscentes. i. σοφιζομένους eos dixit, qui sapienter aliquid sibi videntur inuenisse, & tñ errant. ac propterea neq; ea obseruant, quæ ab imperitis quibuslibet recte cognoscuntur.

6 *Cogor autem plura de hoc scribere, propterea quod medicos noui, qui esse ex figurationibus manus in deligatione sapientes videntur, ex quibus imperiti videri potius debebant. at enim multa hoc modo in hac arte solent indicari. quod enim peregrinum est, quod an bonum sit, nondum intelligunt, magis approbant, quàm consuetum, quod bonum esse iam cognouerunt, alienum item atq; absurdum potius admittunt, quàm quod dubio caret.*

Ipse ex sequentibus, quæ aperta sunt, & clara, tibi planum facit, cur longius de figuratione manus & brachij orationem protraxerit. cum tamen res ipsa neq; difficilis, neq; longa ex natura sua esset. ex hoc item causam statim reperies, cur non exquisitum prorsus doctrinæ ordinẽ sequutus sit. vnusquisq; enim nostrum de re quæ magis vrget, primum omnium differit. Quia igit medici eius tempestatis vniuersam luxatorum & fractorum curationem ab extẽsione auspicandam esse probe sciebant, naturalem tamen membri figurationem ignorabant, propterea de hac primum sermonem instituit. atq; ob id etiam magis, quia nonnulli medici, cum pessimas figuras optimis
C anteponerent, prauis rationibus & sibi & alijs rem ita se habere persuadebant. Nam si absolute tantum ignorassent, vera dũtaxat disciplina ipsis opus fuisset. sed quia non solum ignorabant, verum etiam opinionem cognitionis conceperant, necesse Hippocrati fuit, vt prius eam euelleret, deinde in expurgatum ita animum veram scientiam induceret.

7 *Dicendum igitur est, quosnam errores medicorum de natura manus velim tum docere, tum dedocere.*

Dedocere eos errores vult, qui cum à medicis esse errores non existimẽtur, re vera tamen sunt: docere autem eos, qui putantur esse, & non sunt.

8 *Nam de alijs quoq; ossibus corporis documentum affert hæc oratio.*

Merito inquit communem ad sanationem multorum quoq; aliorum ossium hanc esse orationem. scopi enim ad quos spectantes naturalem vniuscuiusq; membri situm & figurationem inuenimus, cõmunes omnibus sunt, vt dictum antea à nobis est. qui cum duo sint, indolentiq; vnus, alter rectitudinis: ille experientia, hic situ partium reperitur, quem in dissectionibus discimus.

9 D *Manum itaq;, de quo sermo, cum pronam quidam deligandam dedisset, ipse coegit ita eam tenere vt sagittantes, cum humerũ iniciunt, atq; ita deligauit, id ipsi esse naturale existimans. testimoniumq; illud afferebat, quod omnia quæ in cubito sunt ossa directionem inter sese habent: cutisq; conuenientia directionẽ illam eandem præ se fert: idq; tam in exteriore parte quàm in interiore ita esse: sic quoq; & carnes & neruos natura se habere dicebat. sagittariamq; artem in testimonium adducebat. dicensq; hæc & faciens sapiens esse videbatur; aliarumq; artiũ erat oblitus, & quæcunq; viribus, & quæcunq; artificijs efficiuntur. non aduertens aliã in alio figurationem naturalẽ esse: quin in eodem quoq; opere aliã naturalem dextræ manus figuram esse, aliam sinistræ, si ita incidat. alia quippe naturalis figuratio est in iaculatione, alia in fundibulatione, alia in lapidatione, in pugillatu alia, alia in quiescendo. at quot artes inuenire quispiam posset, in quibus non eadem manuum figuratio naturalis est? quin in vnaquaq; etiam arte & ad instrumentum quod habet quisq;, & ad opus quod perficere vult, manus configurantur.*

Talium opus est semel aliquando facere mentionem. ideo etiam à nobis idem efficietur. Medicus quidam ex ijs qui sapientes esse sibi videntur, corrigens præsentem hanc orationẽ quasi esset deprauata, ita scribebat. manum itaq; de qua sermo est: eruditionem suam videlicet nobis ostendens. ita scribebat. manum itaq; de qua sermo est: eruditionem suam videlicet nobis ostentans, qua apud grammaticos, & rhetoras fuerat instructus: ita vt vlitatissimum loquendi motum apud omnes veteres ignorare videretur. per defectum. n. dictum est. integrumq; erit si verbum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

bum ſubintelligamus in hunc modum:manum itaq;,de quo.i.qua de re ſermo erat,cum pronam E
quidam deligandam deciſſet.plerunq; enim imperiti homines idonea figuratione exhibere manum & brachium medicis ſolẽt. aliquando vero nonnulli ex curioſitate, naturali ſcopo præterito,qui indolentiæ eſt,melius eſſe exiſtimant,vt prona exhibeatur.ſupinam tamen eam qui medicis præbeat, eſt nemo. quippe cum ea figura longe admodum ab indolentia recedat. At medici quidam ob imperitiam ſimul & ſapientiæ perſualionem eo modo admittere nolunt: ſed ita figurandum eorum brachium cenſent,vt ſagittantes faciunt: alij prorſus ſupinum, alij ferè ſupinum, non in hoc tantummodo errantes, verum etiam in eo, q̃ extentum id conſtituunt. quæ autem ipſorum ratio eſſet, Hippocrates ſubiungit. quia videlicet ſiquis totam manum ſic vt ſagittantes ſolent,figurauerit,ei oſſa in directum ſtatuuntur, cutiſq; conuenientia partium totius brachij ſimili modo ſeſe habet. At hæc probabilia ſanè ſunt, ex ſeſe mutuo eueniẽtia. quod autem inquiunt carnes & neruos in hac figura non ſecus atq; oſſa directionem omnibus ſuis partibus ſeruare, illud vero falſum eſt. nam ſi verum eſſet,non ſolum probabile,verum etiam certiſſimum indicium figurationis huiuſmodi haberetur, q̃ ſecundum naturam eſſet. Sed hęc quidem tolerabilia fortaſſe ſunt,ſagittariam autem artem in teſtimonium afferri ſtolidum ſummopere eſt: meliusq; erat ſi commemoratum penitus ab Hippocrate non fuiſſet,q̃ ſi hoc ſtudio fuiſſet conuictum. quæ enim F
prorſus ſunt abſurda ac ſtolida,contemni potius q̃ conuinci ſcriptis præſertim debent. nam in vita coram actionibus ipſis fieri neq; ipſe prohibuerim,maxime ſi is qui huiuſmodi nugas iactat,ſibi committi ægrotantis curationem ſuaſerit. incidit tamen interdum, vt etiam ſcriptis ſtultis his opinionibus contradicẽdum nobis ſit:cum multos ipſis quaſi veræ fuerint,perſuaſos viderimus. id quod nunc etiam Hippocrates fecit, nihil commune eſſe deligationi cum ſagittaria arte oſtendens. Quæ vero de oſsium,& neruorum,& carnium rectitudine dicuntur, etiam ſi nullus fuiſſet conuincendus,per ſe ac prima ratione erant neceſſaria ad optimam figurationem inueniẽdam. cuius indicium ex conſequutione eſt indolentia.quippe cum imperitis quoq; id perſpicuum ſit. ex ratiocinatione vero & ex ipſa rei natura partium rectitudo:quæ non imperitis, ſed ſolis ijs,qui diſſectionem callent,manifeſta eſt. Quæ vero deinceps inquit, aperta ſunt,neq; vllam quæſtionẽ habent: atq; iccirco à me prætereunda ſunt. Qui tamen legunt, non cito tranſgredi hæc, ſed immorari aliquantulum in ipſis debent. Ipſe coegit ita eam tenere, vt ſagittantes cum humerũ iniiciunt.obſcurum eſt & incertum,quod hic dicit.vnde nonnulli ita dixiſſe eum exiſtimarunt, propterea quòd cum manus & brachium totum extenditur, caput brachij in cauitatem ceruicis ſcapulæ iniicitur, atque ingreditur: in quam quando remiſſum erat brachium, non ingrediebatur. G
adiacet enim ei tantummodo antea, eamq; attingit. id quod illis verbis Hippocrates oſtendit cũ inquit/conuerſatur autem brachium cum cauo ſcapulæ in latus,cum ad coſtas porrigit. Alij ſunt qui ex translatione ita dictum fuiſſe arbitrentur à nauium iniectione atque incuſsione, quam faciunt, cum in prælijs ſigno dato infeſtis proris irruentes aduerſas deprimere ac demergere conantur. cum enim ita vehementi impetu in aduerſas feruntur, ac præcipue à latere, vt totas eas impreſsione facta diſſoluant, ac demergant: tunc præparatas eſſe ad iniectionem atq; impactionem dicunt.ἐμβολὴν appellant.apud comicos item corporis partes prætentæ quaſi ad iniectionem & impreſsionem paratæ dicuntur. Quemadmodum Ariſtophanes quoq; oſtendit, cum inquit. Fertur quaſi ipſe ad imprimendum cernuus.Cętera quæ ſequuntur,ſi quis animum aduertat,clara ſunt ac patent,vſq; ad id quod ſubiungit.

Ei enim qui ſagittariam artem exercet hanc figuram alterius manus optimam eſſe conſentaneum eſt. brachij 10
enim cardinamentum in cubiti ſede in tali figuratione innixum oſsibus cubiti,et brachij directionem facit,perinde ac ſi vnum totum ſit.

Oratio ipſi eſt ad eos qui extentã ita totã manum deligant,vt à ſagittantibus ſiniſtra teneri con H
ſueuit.inquit.n.merito in ea operatione opus eſse,vt tota manus ſiniſtra extendatur,dum retro à dextra neruus retrahitur,à ſiniſtra vero totus arcus in eodem loco detineri ita firmiter debeat, vt in neutrã partem quicq̃ declinet. nã ſi dum neruus à dextra vehementer retrahit, retro quoq; totus arcus ſimul feretur:ſagittæ impetus remittet:quippe quã à duriſsimo ac maxime intento neruo emitti oporteat. quantũ.n.è ſumma intentione remittitur,tãtum eiaculationis impetus ac vis imminuat,neceſse eſt.Hoc prius ita cõceſso cauſam ſubiungit Hippocrates. brachij.n.inquit cardinamentum in cubiti ſede in tali figuratione innixũ brachij os & cubiti in directũ conſtituit,ac totum brachium rectum firmiter ſeruat. Cardinamentum autem,hoc eſt γιγγλυμοειδὲς, inferiorẽ partẽ brachij appellat,qua cũ cubito dearticulat: propterea q̃ cardines concauas partes quaſdam, eminentes cum habeant:cauis prominentias eorum,quæ inſeruntur admittunt, eminentibus cauitates eorũdem ineunt.ſic & inferior brachij extremitas cũ in curuã rotũdationem deſinat, quæ vtrinq; eminentias orbiculares habeat trochleis ſimilis,hac trochleari rotundatione in ſinibus cubiti inſerta firmatur.cum vero in finibus ſedes cauas habeat,alterã ante,alterã retro, vtriſq; his cubiti aduncos ,pceſsus,quos cornices vocãt,excipit.cubitus.n.ſupremũ ſuũ caput quo brachio innectit, ſimile Ω literæ græcę habet,eoq; totã ferè brachij trochlearẽ rotundationem complectitur.

Cum

A 

Cum igitur ea figura conſtituta eſt totius brachij,vt os brachij cum cubito rectum angulũ efficiat:trochlearis hæc pars media inter cubiti proceſſus collocatur. cum vero cubitus quieſcente brachio circum trochlearem orbem fertur,in anteriorem quidem partem gibbum inflectens,in poſteriorem extendens: in extrema inflexione anterior cubiti cornix in brachij ſinũ qui ea parte eſt ingreditur: in extenſione contra,poſterior qui maior eſt, in poſteriorem etiam ipſam maiorem brachij cauitatem ineundo inſeritur.ac propterea fit vt plurimum & extendere & inflectere totum brachium poſsimus.quod nullo modo poſſemus, ſi nullam brachium cauitatem haberet. Cum igitur tali natura articulus qui in gibbo brachij eſt, prædituſ ſit,cum totum brachiũ angularem figuram obtinet:ita aũt Hippocrates eam appellat,qua brachium rectum angulum cum
B cubito efficit: trochlearis rotunditas media in medio ſinu cubiti β literam imitante conſtituitur. in extenſionibus autẽ totius brachij,cum retro feratur cubitus,cornix quę ea parte eſt,motionem regit:& tunc ſiſtit,ac ceſſat, vbi primum in imum brachij poſteriorem ſinum penetrauerit. quod cum fit,euenit, vt & articulus explicetur, & brachij cardinamẽtum in cubiti ſede innitatur.ita.n. vocat Hippocrates ſedem & fundamentum.i. βαθμίδα non ſolum hanc, verũ etiam reliquos oẽs ſinus,in quos proceſſus aliqui oſsium ingredientes inſidunt.

11 *Et retortio articuli retorta in hac figuratione eſt.conſentaneum eſt igitur rigidiſsimum ac contentiſsimum eſſe locum hunc,qui non ſuperetur, neq; cedat,dum à dextra manu neruus trahitur. atq; ita quamplurimum neruum trahet.emittet autem ex firmiſsimo,& repentiſsimo.ex huiuſmodi enim ſagittarum emiſsionibus celeres & vehementiæ & longinquitates efficiuntur.deligationi vero cum ſagittaria arte commune nihil eſt.*

Ex manus & brachij figurationibus ea,quæ ex extenſione eius exiſtit, contraria eſt inflexæ figurationi.figura item ſupinæ,pronæ figuræ aduerſatur.atque hæ extremæ ſunt,ac velut exceden tes figuræ quatuor.duæ autem aliæ mediæ exiſtunt: vna inter extremam extenſionem, & inflexionem,quam vt dixi,Hippocrates angularem vocat:altera inter ſupinam & pronam media eſt,
C in qua cubitum radio ſupponi inquit:quam iuſtam & rectam appellat non ſecus atq; angularem, in qua cubitus cum brachio rectum angulum efficit.ſi autem hæc recta eſt, conſentaneum eſt, vt quæ extento brachio fit,non recta appelletur.quòd ſi non recta eſt, reflexa proculdubio in externam partem erit. quemadmodum ſi os cubiti in poſteriorem partem ita retorqueatur, vt angulũ cum brachio efficiat:id quòd in nonnullis fieri conſpectum eſt:quos neceſſe eſt poſteriorem brachij cauitatem admodum profundam habere, in quam poſterior cubiti proceſſus infigatur. nam ſi profundiſsimus is ſinus cunctis eſſet, omnes in poſteriorem partem reflectere, ac retorquere brachium poſſemus. ſicut econtrario non poſſemus id perfecte dirigere, ſi,vt in quibuſdam euenit,ſedes hæc poſterior cauitatis naturalis modum non eſſet aſſequuta,ſed deficeret.

12 *Nam ſi vbi deligauit,manum ita tenere permittat,multos alios dolores vulnere ipſo maiores adiunget.ſin autem conflectere iubeat,neq; oſſa,neq; nerui,neq; carnes in eodem ſitu permanebunt:ſed ſuperata deligatione aliò transferentur.quam igitur vtilitatem ſagittaria afferet figuratio? quocirca qui ſapientiam ita ſibi vendicat, fortaſſe non erraret, ſi vulneratum ipſum exhibere ſibi manum ſineret.*

Qui manum & brachium extentum ac porrectum deligauit.ſiue id in eadem figura poſtea ſer
D uet,ſiue inflecti iubeat,vtroq; modo ægrotum lædit. doloris quidem perpetuitate, ſi ita ſeruetur: ſi immutetur,eo quòd corrumpitur deligatio. Cum enim ob id fiat deligatio, vt conformatio & coaptatio oſsium circumiectis linteis leniter conſtricta conſeruetur:mutata poſt deligationem figuratione,contrarium eueniret.vt videlicet deligatio non amplius fracturam contineret:ſed immutaretur, & transferretur, vna cum tranſmutatis neruis & muſculis: quos carnes hic appellat, ſubſtantiam eorum nobis oſtendens.Carnes.n.hæ ſenſu prædite ex eo, q̃ inter alias,quæ abſolute carnes dicuntur,præualeant,ita appellatæ,muſculi ſunt:qui ex neruis & copulis diſciſſas fibras in ſe habent.quippe cum muſculus prorſus à natura ex his fibris procreetur, cum circum ipſas ea quæ abſolute caro dicitur,concreta eſt ac compacta.hæc ſiquidem propria muſculi ſubſtantia eſt. nam venas & arterias ea cauſa in ſe admittit,ſicut cæteræ aliæ partes,vt alatur & viuat, proprium vero eius corpus fibræ ſunt,quæ circumcirca agnatam carnem habent. quæ quidem caro cũ plurima in mediis muſculorũ partibus agnoſcat,ſubinde decreſcens,iuxta initia & fines pauciſsima eſt.ac propterea fit,vt his in partibus neruoſiores,in medio carnoſiores muſculi reperiantur.

13 *Alius vero quidam medicus ſupinam manum accipiens ita extendere præcipiebat.atq; ita ſeſe habentem deliga bat:eam figuram naturalẽ eſſe exiſtimãs,tum ex cute indicio ſumpto,tũ ex eo quòd oſſa naturali in ſitu eſſe ſic arbi-*
trabatur:

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

trabatur:propterea quòd os quod prominet iuxta articulũ manus,qua paruus digitus eſt,directũ eſſe cum oſſe eo uis E
deatur,ex quo cubitum homines metiuntur.atq; hæc quidem ille teſtimonia adducebat, quòd figuratio ea naturaliter ſeſe haberet:ac recte dicere videbatur.Sed ſi ſupina manus extendatur,vehementer laborabit.quantum autem dolorem afferat figuratio hæc,vnuſquiſq; cognoſcet,ſi ſuam manum ita extendat.nam & infirmior vir robuſtiorẽ ita manibus cõprehenſum,quia articulus gibbi ſupinus reflectitur,quocunq; vellet,poſſet deducere. Quippe cũ neq; ſi ea manu enſem quiſpiam habeat,ſciat quomodo ſibi eo vtendum ſit.adeo violenta hæc figura eſt.tum ſi vbi deligarit,in hac figura manum relinquat,maiorẽ dolorem ſi deambulet,magnum nihilominus ſi iaceat,ſentiet.ſin autẽ inflectere manum iubeat,contrahi muſculos,et oſſa aliam figurationem habere quàm prius neceſſe eſt. Adde quòd hæc quoq; in hac figura præter aliud nocumentũ ignorauit,os quod iuxta articulũ manus extat,qua paruus digitus eſt,os cubiti eſſe:quod autem eſt in conflexione à quo cubitum homines metiuntur,id brachij caput eſſe.



DIRECTIO ITERIORIS TVBERCVLI BRACHII AD FINẽ CVBITI

Si quis ſupinam manum figuret, interius caput brachij,quod etiam condylum vocat,ac tuberculum, ſupremum eſſe cubiti finem putabit: propterea q̃ directum quodammodo ad infernum eius terminum videt, qui iuxta manus ar- F
ticulum, qua paruus eſt digitus, prominet.non omnes tamen à condylo brachij cubitũ metiuntur: ſed ſunt qui cõuenienter à gibbo cubiti,qui ἀγκὼν & ὠλένοφανον etiam dicitur, cubiti menſuram incipiunt. Hippocrates autem cum dicat, à quo homines cubitum metiuntur, ſignificare videtur vel omnes,vel pleroſque hinc menſuræ illius initium ſumere.at hoc quomodocunq; ſit,inquirere ſuperuacuum eſt. Illud dignum cõmoratione videtur, inferiorem finem cubiti,qui iuxta manus articulum eſt,recta dirigi ad ſuperiorem finem ſi naturali habitu manum figurauerimus: ita videlicet vt volam eius in interiorem partem,conuexum in exteriorem vertamus.qua in figuratione etiam fit, vt paruus digitus infra ſubijciatur,pollex in ſuperiore parte ſit.

Hic autem idem eſſe os hoc atq; illud opinabatur,ac multi quoq; alij. 14

Non ita dicit idem eſſe os hoc atq; illud,ſicut aliquem eundẽ ſibi ipſi eſſe dicere conſueuimus: G
vt Telamonium Aiacem eundem cum Æacide. ſed quia vtrunque eiuſdem oſsis terminum, id eſt cubiti eſſe exiſtimabat.

Sed cum illo oſſe idem eſt ἀγκὼν qui vocatur.i.cubiti gibbus:in quem innitimur. 15

Sicut modo dixi idem intelligi debere,ite hic quoq; ſumẽdum eſt,vt eiuſdẽ oſsis partes & quæ ad articulum manus eſt,& quæ in gibbi cubiti articulo eminet,dicere hic idẽ eſſe intelligamus.

Si quis igitur ita ſupinam manum habeat,tum os diſtortum apparet,tum nerui à manus articulo tendentes ex 16
interiore parte,& à digitis diſtorti etiam ipſi efficiuntur. quippe cum nerui hi ad os brachij tendant,vnde cubitus menſuratur. Hi tales ac tanti errores,atq; ignorationes naturæ manus exiſtunt. At ſi vt ego iubeo manum fractã intendat quiſpiam,is in directum os quod eſt ad paruũ digitum ad cubiti gibbum tendens conuertet: rectitudinemq; ita habebunt nerui ab articulo manus ad extremus brachij partes pertingentes,manus item cum appendetur,in eadem figuratione permanebit,in qua erat,cum deligaretur: & tam ambulanti, quàm iacenti nullum dolorem,nullamq; defatigationem afferet,

DISTORTIO NERVOR. ET MVSCVLOR. ET OSSIS CVBITI IN RESVPINATIONE MANVS.

Quando oſsis alicuius nerui,aut muſculi ini- H
tium ex interiore parte membri eſt, finis vero, aut extra,aut infra, diſtortum proculdubio membrum illud eſt.vnde omnia hæc, cum manus ſupina figuratur, recte hic diſtorqueri dixit. vide enim, nerui qui in interiorẽ partem à manu demeant, in cubitum ineunt circa interius brachij caput.quòd ſi manum ſupinam efficiamus,euenìet,vt neruorum initium qui circa cubitũ ſunt, in interioribus partibus, finis vero in ſuperioribus conſpiciatur. eadem & muſculorum, & ipſius cubiti oſsis ratio eſt: quippe cum omnium horum initia ex interioribus partibus ſint, qua brachij condylus eminet. ad dolorem vero afferendum, atque ob id inflammationem excitandam ſatis eſſe vel muſculi ſoli poſſunt, ſi diſtorqueantur. At ſi, quemadmodum iubet Hippocrates, manum & brachium figurarit quiſpiam, muſculi qui in interiori parte cubiti exortum habent, toti in interiori parte quoque erunt collocati:

A cati:qui in exteriore incipiunt,ibidem permanebũt:qui item in ſuperiore oriuntur, in eadem per totum mẽbrum ſeruabunt.nam in inferiore cubiti parte ne vllus quidem reperiri muſculus. Si aũt oẽm cubiti muſculorũ ſitum cognoſcere appetis,ex primo diſſectoriarũ tractationũ libro diſcere id poteris.ſcriptos et eoſdem reperies in muſculorũ diſſectione. quo in libro compendioſius q̃ in diſſectorijs tractationibus omnium qui in corpore ſunt,muſculorum natura explicatur.

17 *Deflecti vero hominem oportet ita, vt oſsis pars eminens ad clariſsimum ex præſentibus luminibus cõſtituatur: ne tractantem in extenſione lateat,an ſatis directum fuerit. nam periti ne manum quidem admotam atque attrectantem latere eminens os poterit.*

Siue cubare ſiue conſidere ſignificet,cum inquit deflecti, hoc eſt κλινυσθαι, alterum ipſorum inſuper cum hoc eſt intelligendum. nam tum ad vires ægrotantis, tum ad fracturæ magnitudinẽ reſpicientes modo ſedentem, modo iacentem hominem deligamus. vtro autem modo id fiat,ad claritatem præſentium luminum conuertenda pars affecta eſt,vt clare inſpici queat.

DE CVBITO.

18 B *Ex oſsibus autem cubiti,in quibus vtraq; fracta non ſunt,cum ſuperius os vulneratum eſt, faciliorem curationẽ admittit,licet craſsius ſit:tum quia ſanum loco fundamenti ſubſtratum habet,tum quia facilius occultari poteſt,niſi iuxta manus articulum id contigerit : quippe cum in ſuperiori parte craſsior caro ſuperiecta ſit:os autem inferius carne omnino careat,neq; facile occultationem admittat,extentioneq; vehementiore indigeat.*

Duo eſſe cubiti oſſa ſignificauit,cũ dixit/in quibus vtraq; fracta non ſunt/.quippe cum/vtraq;/ verbum neq; de vno, neque de tribus, neq; de pluribus, ſed de duobus tantummodo dici ſoleat. Ex his itaq; duobus oſsibus id quod ſubiacet,proprie cubitus nominatur, quod longius quoque eſt:quod ſuperius eſt,radius nuncupatur. Aperta autem non hæc tantummodo oratio eſt,verum etiam reliquæ omnes vt plurimum hoc in libro. nihilq; mihi videtur diluciditate indigere, niſi ea quæ explano. Quocirca ſi præter hæc aliquid tibi obſcurum eſſe videatur, inſpice nunquid exemplar erratum habeas. nam ſi caſtigatum ſit,licet vbi ſemel legeris, quippiam non intelligas, prorſus tamen id percipies,ſi iterum atq; iterum repetieris.

19 *Si vero hoc confractum non ſit,ſed alterum: vilior extenſio ſufficit.at ſi vtraq; ſint fracta vehementiore extẽſione opus eſt.in puero quidẽ vidi extenta magis, quàm oportebat.pleriq; tamen minus quam oporteat, diſtendũtur.*

C Simpliciorem, & ſine magno negocio factam extenſionem viliorem appellat. non enim tantum quod prauum eſt,φαῦλον apud veteres ſignificat,ſed etiam vile,ſimplex,ac vulgare.

Poſteaquam extenderis, volas admouendo dirigere oportet.

20 Volas admouendo,id eſt θέναρα.θέναρα autem proprie vocant prominentes volæ partes à verbo θένειν, quod eſt verberare, vt nonnulli volunt, qui etymologijs delectantur. quippe cum his prominentibus partibus percutere ſoleamus ea,quæ percutimus. Alij non omnes partes prominentes palmæ ita appellari aiunt,ſed ſolas eas,quæ ſub pollicibus extant.

21 *Deinde vbi cerato illeueris,non admodum quidem multo,ne deligamenta circunfluitent,ita deligare.*

Duo deligationis vſus ſunt,vnus vt partes extenti oſsis à nobis inter ſe bene compoſitas firmiter contineat: alter vt lintea ſucco aliquo tincta, aut medicamentum impoſitum, quod inflammationem ſedare,ac vetare maxime iudicauerimus,ſupra affectas partes conſeruet. Quippe cum nonnulli emplaſtris vtantur, quæ cum linteis exceperint, atque impoſuerint,extrinſecus poſtea
D deligant: alij ſuccum aliquem idoneum ad hoc adhibeant,vt vinum, aliàs ſolum, aliàs cum oleo: ſæpe item aliquod ex liquidis medicamentis: cuiuſmodi eſt ceratum hoc: quod quidem duplici modo confici ſolet.vno,cum cera in roſaceo, aut oleo colliquatur: altero, cum picis etiam aridæ aliquantulum aſſumit:quod picatum ceratum appellant.Liquida aũt medicamẽta conſpiſſationẽ quandã habent,& craſsitudinẽ:cuiuſmodi hoc ceratũ liquidũ eſt.quod ſi oleo confectũ fuerit,ex emplaſtris eſt, quæ inflãmationẽ arcent,de quibus in libris de vi ſimpliciũ medicamentorũ nonnihil:in curatrice vero arte,& in traditione de cõpoſitione medicamentorũ latius dictum à nobis eſt.Hippocrates aũt liquido cerato vſus eſt, quippe cum inflãmationi arcendæ longe aptius id ſit, q̃ durum:ſiue quomodocũq; quiſpiam appellare velit. quo q̃ copioſo vti debeamus nobis quidẽ declarauit, cum inquit/non admodũ multo,ne circũfluitent deligamẽta/. oppoſitũ vero terminũ vtpote nobis ſatis notum,non expreſsit.nam neq; ita paucum ceratũ conuenit adhibere,vt lintea faſciarum prius exiccentur, q̃ tertio poſt die reſoluantur. At enim illud dignum conſideratione eſt,cur cerato nunc vti iubeat,cum,vbi os extra cutem eminet, vino nigro auſtero vti conſueuerit. Mihi ſanè videt vinũ huiuſmodi vitijs quaſi efficacius remediũ exiſtimare: ac ꝓpterea ipſum in alijs fracturis prætermittere, in quibus nihil ex confractis oſsibus denudatũ eſt, quia multã diligentiã eius vſus requirat, nam niſi aſsidue madefaciamus,maximum dãnum ex linteorũ deficatione

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

catione timendum est.assidue vero irrigare, & præcipue noctu plericq; ex ijs, qui ægrotantibus B
inseruiunt,nolunt.vnde,quia ad extremas ægrotationes extremę quoq; curationes exquisite adhibitæ optimæ sunt:propterea in quibus os extra prominet, vino vtendum censet. Vbi vino vtitur,plura etiam nos de potestate eius dicemus.Nunc dicere hoc tantum sufficit,quoniam reliquæ fracturę etiam sine vino possunt curari,modo cerato hoc vsi fuerimus:vinum adhibeamus in his, atque ita ob ministrorum negligentiam in errorem aliquem magnum incidamus, necesse nō est. Vbi vero magnum impendet periculum,tunc ministri & ipsi sponte labores subire volunt,& nobis adhortantibus obediunt.quin etiam huiusmodi ægrotos ob periculi magnitudinem inuisere frequentius solemus.& interdum apud ipsos pernoctamus, si ministros rite omnia, quæ iusserimus,non esse acturos,distidimus.

Vt summam manum cubiti gibbo inferius non habeat, sed paulo etiam superius,ne in summitatem sanguis defluat,sed intercludatur. 22

Ita figurandum esse cubitum,vt & radio subijciatur, & cum brachij osse rectum angulum efficiat,superius dictum iam est. quia vero id fieri potest, siue superiorem manum teneat quispiam, quàm cubiti gibbum, siue inferiorem:merito de hoc quoq; definit, altioremq; cubiti gibbum teneri summam manum iubet.decliues enim figurationes scimus esse in causa,vt fluctiones ad mē- F
brorum extremitates deferantur. Quocirca quemadmodum qui aut toto die deambularunt,aut calidiora quodam modo habent crura, in primis curāt, vt ea sublimiora reliquo corpore per noctem habeant:sic in manu cauendam decliuem figuram monet Hippocrates:accliuem seruandā. Iussisset̄q; longe altiorem etiam haberi cubiti gibbo,nisi ea quoq; figuratio,cum quis in ea immoratur, cum toti membro, tum anterioribus brachij musculis dolorem afferret. Doloris esse effectricem hanc figurationem experimentum te docebit. causam vero doloris, musculorum natura qui cubiti articulum mouent,patefacient.sunt enim hi in anteriore, & ex interiore etiam brachij parte collocati.quos cum cubitum inflectimus, ad proprium caput attrahere,atq; intendere sursum solemus,atq; vnà cum ipsis cubitum totū quoq;, in quem suis inferioribus partibus annexi sunt,attrahimus,sursumq; intēdimus./Ne in summitatem sanguis defluat,sed intercludatur/hoc ad primum orationis huius membrum referri statim debuerat: sed alterum interiectum in vtroruncq; medium obscuriorem paulo reddidit orationē: vt hoc modo esset: Vt summā manū cubiti gibbo inferius non habeat,ne in summitatē sanguis defluat: sed paulo ēt superius,vt intercludat.

Deinde linteo deligare initio supra fracturam iniecto. G 23

Initium iniici supra fracturam vel non iniici, duobus modis intelligi potest:cum interdum longitudinem,interdum latitudinem spectamus. Termini quidem fasciæ per longitudinem injciendæ,sunt,cum prima fasciæ inuolutio in orbem ducta fracturam cōtegit.si vero vel adeo superius, vel adeo inferius obuoluas, vt fractam partem omnino non attingat fascia, initium id supra fracturam nō esse vere dixeris:atq; ita supra fracturam iniici,vel non iniici linteorum initium intelligo.Per latitudinem vero initium iniicitur,cum primā deligationem neq; interius q̄ sit fractura, neq; exterius facimus. Hic autem Hippocrates ad membri longitudinem spectans initium iniciendum supra fracturam dixit.i. neq; superius neque inferius q̄ fractura sit: id quod ex eo,quod subiungit, declarat, cum inquit/posteaquam vero circūieceris eodem in loco bis aut ter,in superiorem partem deuoluas deligando/In libro autem de ijs,quæ in medicatrina fiunt,vbi ait,initiū iniicere non supra vlcus, sed hinc vel inde oportere: id ad membri latitudinem spectans dixit.sicut etiam verba hæc ἔνθεν ἢ ἔνθεν, id est hinc vel inde videntur significare: quibus videlicet Græci ad latitudinem exprimendam vti consueuerunt. In multis tamen exemplaribus ita illud legitur/ Initia non ad vlcus,sed hinc vel inde nodum iniicere oportet. H

Innitendo quidem,non tamen admodum comprimendo.

Mediocritatem ac modum iniciendarum fasciarum hic docet. oportet.n.vt in eis inuoluendis adeo innitamur,vt inter se adiunctas ossium partes conseruare immobiles queant: non tamē ita vehementer comprimantur,vt dolorem creent.quippe cum omnis dolor si inueteret, & præcipue ex collisione & compressione,causa sit inflammationis. Atq; hi quidem compressionis fasciarum limites sunt, quos accurate assequi à principio non possumus: vbi vero sæpe deligauerimus,possumus.nam si quantum circūiciendo fasciam intenderis,diligenter animaduertas,deinde requiras ab eo qui deligatur,qualem fasciæ circumuolutionem sentiat: vbi iterum circūicies, vel relaxare intentionem,vel augere tibi licebit.si enim se comprimi ille dicat,relaxandum: sin laxum ita esse vinculum,vt neque an circumiectum sit,sentiat,intendendum esse perspicuum est. Quin etiam ante quàm in eo qui fracturam habet,deligationem auspiceris : puerū sanum sæpius deligando,ac simili modo scisitando exercere te poteris : vt promptior postea sic esse ad deligandas fracturas queas.Illud quoq; aduertendum tibi est,corpora quæ valida sunt ac dura,vehementiorem:quæ imbecilla ac mollia sunt,remissiorem compressionem requirere. 24

Postea

25 A *Postea q̄; vero circumieceris eodem in loco bis aut ter,in superiorem partem deligando deuoluas, vt defluxiones sanguinis intercludantur:atque ibi finias.*

Ipse causam dixit,cur in superiorem partem linteorum distributionem faciendam censeat.vult enim defluxiones sanguinis à superioribus partibus membri ita prohiberi. antedicta vero deligatione,non solum arcetur,quod influit, verum etiam quod in partibus circa fracturam continetur,elidituꝛ.defluxus autē vnam tantum viam habet à superiori parte deorsum:expressio vtraq;, tam deorsum à superiori parte, quàm ab inferiori sursum. quippe cum & in inferiorem partem membri, & in superiorem elidi atq; exprimi aliquid valeat. Vnde consulit, vt vtraq; has persequamur, duabus vti fasciationibus iubens, quæ vtræq; à parte affecta vtrinq; per longitudinem initium habeant:superius vna,altera inferius distributa. melius enim est vt à læso loco in superiores partes,& totum corpus elidatur sanguis. eo quòd extremitas minor est, q̄ vt sine damno suscipere copiosum humorem possit.nam si post primam fasciam,quæ ex parte affecta sanguinem ad manum exprimat,secunda etiam violentius constrinxerit: & circa articulum manus, & circa digitos inflammatio exoritur. Propterea igitur in superiorem partem primum omne id,si fieri po- B
test,quod molestiam affert, exprimendum est: si vero parum aliquid relinquatur, in inferiorem partem secunda deligatione elidi debet.certius tamen mentem eius totam intelliges, si doctrinā de deligatione fueris assequutus.

26 *Oportet aut em vt prima lintea longa minime sint.*

Conuenienter hoc dicit.cum enim prima lintea à fractura incipiant,& sursum referantur,atq; ibi desinant:necesse est,vt minor eorum fiat longitudo,q̄ secundorum quæ reliqua sunt comprehensura:quę iubet deorsum primum à fractura deducentes,sursum iterum ad eundem locum cōuoluere,vbi finem fasciæ feceramus.

27 *At secundorum ad fracturam initium iniiciendum est.*

Merito:hinc enim vult vt amplior sanguinis copia elidatur.

28 *Circundandumq; semel ibidem.*

Semel iubet vt secundi lintei initium circūiiciamus,non bis aut ter,vt prioris. vult enim vt sursum magis,q̄ deorsum quod continet̄ in partibus circa fracturā,ob antedictā causam exprimatur.

29 C *In inferiorem deinde partem distribuendum,minusq; comprimendum,maiore vero distantia traijciendum.*

Minus stringendum membrum secunda fascia inquit,ob eas quas dixit causas. neq; tamen frequentes linteorū conuolutiones faciendas monet,cū prior fascia satis frequentiæ vsum explerit.

30 *Vt tibi sufficere linteum possit ad recurrendum eo, vbi alterum desierit.*

Hippocrates quidem ante plagularum iniectionem duobus fascijs vtitur, nonnulli alij tribus: vna sursum à fractura deuoluta,vt iubet etiam Hippocrates: altera à fractura deorsum: tertia ab inferiori parte sursum,quam supra vtraq; priores conuoluunt.atque ex his quidem tribus secunda breuior vtriusq; reliquis est:reliquæ duæ inter se æquales. propterea quòd prima fracturæ ipsi circumiecta bis,aut ter,circa membrum frequentioribus conuolutionibus circundari solet. secūda vero præter quàm quòd semel fracturæ circunuoluitur, rarius quoque membrum obducit.at tertia licet vtrisque circundetur:quia tamen rariorem habet distributionem, longior prima non euadit. Veruntamen duas has fascias ab Hippocrate commemoratas tres illas in se continere,etiā si ego nihil dicam,satis liquet. quippe cum secunda duos vsus expleat,quos illi duabus fascijs seD
paratim ascribentes,alteram à fractura in inferiorem partem,alteram ab inferiori parte sursum ad primæ fasciæ finem deuoluebant.

31 *Atque hic quidem lintea in sinistram,aut dextram deligentur,aut in vtram partem ad fracturæ figurationem conferat,& in vtram declinare conducat.*

In ossium fracturis inclinatio distortionis interdum in sinistram partem membri,aliquando in dextram tendit.vnde oportet vt duabus primis fascijs contrariam deligationem faciamus: vt ex ea parte in quam propendet atque inclinatur membrum,initio facto,in contrariū prouoluamus. ita enim fiet,vt fractum os in æquilibrio cōstituatur.Hoc igitur est,quod inquit nunc Hippocrates,dum iubet,vt deligationis distributionem ad fracturæ figurationem accommodemus: id est in contrariam q̄ distorta ossa fuerint,propellamus.

32 *Post hæc vero plagulæ cerati modico illitæ superextendendæ sunt.mitius enim sic,ac stabilius est.*

Plagulæ, quæ & splenia vocant, duarum primarum fasciarum, quas peculiari nomine ὑποδεσμίδας, id est subligamina appellat, firmamenta sunt. contrario autem modo superijciuntur. nam cum illæ transuersæ circum membrum conuoluantur, plagulæ in longitudinem superextenduntur,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

tenduntur, ita vt totam primam duorum linteorum deligationem comprehendant. quas modi- E
co cerato illinendas inquit, propterea qꝓ sicut si nimia copia affluant, infirmæ, atq; instabiles efficiuntur: sic ne adhærere quidem prorsus subligaminibus queunt, si nimis pauco cerato inunctæ fuerint. est enim quidam quasi nexus cum fascijs ceratum. in cæteris quoq; omnibus, quæ glutino coniunguntur, mediocritas optima censetur. At ex plagulis, si siccæ imponantur, collisio etiã efficitur, cui mitius oppositum est. quemadmodum stabilius instabilitati aduersatur, quæ ex cærati multitudine existit. vnde merito subiunxit, mitius enim sic, ac stabilius est, eo qꝓ si nihil prorsus cerato illinantur plagulæ, mollitiem omnem, ac lenitatem: si nimis q̃ opus sit, stabilitatẽ amittant: quippe cum cerati copia lubrica efficiantur.

Deinde ita deligandum alternatim, modo in sinistram, modo in dextram. ac plerunq; ab inferiori parte incipiendo ad superiorem, aliquando à superiori ad inferiorem deducendum est. 33

Subligamina non alternatim inter se, sed in contrarium conuoluta sunt: cum vtraq; à distortione præter naturam membrum reducant: Fasciæ vero quæ post plagulas circũijciuntur, cum eum scopum habeant, vt totum membrum deligent, vniuersamq; deligationem sic, vt acceperunt, cõseruent: ex aduerso inter se distributionem faciunt, altera in dexteram, altera in sinistram partem F
conuoluta. simili modo quoq; deorsum altera, altera sursum. ita siquidem ex aduerso inter se complicatæ, talem deligationem conseruare maxime possunt, qualem accepere. Atq; illę quidem, quę in dextram & sinistram obuoluuntur, in omnibus prorsus æquales esse debent, quæ sursum ac deorsum feruntur, licet non longe se mutuo excedant: inter eas tamen illa, quæ ab inferiori parte sursum ducitur, copiosior sit. tutius enim id est, ob paulo ante allatam causam, quando in principium membri à fractura elidendum sanguinem monebat.

Subsiccaneis autem mederi oportet plagulis circũuoluendo: multitudine quidem fasciationem non vniuersæ, sed particulatim corrigendo. 34

Membrorum longorum, quæ κῶλα dicuntur, fines angustiorem habent latitudinem, quæ ὑπόξηρα, id est desiccanea, seu ὑποξήρα. i. subsiccanea ea de causa appellat: quæ etiam ὑπόξη, hoc est in acutum abeuntia vocare cõsueuit. Has partes iubet per transuersum circũuolutis plagulis explere, vnà cum fasciarum iniectionibus pluribus, quæ non vniuerse tamen congerantur: inæqualis enim ita euaderet deligatio: sed particulatim & paulatim deficientem locum compleant.

At circa articulum manus laxe insuper fasciandum est, aliter, atq; aliter. G 35

Omnes quidem partes, quæ affectis locis vicinæ sunt, simul inflammari consueuerunt: sed magis tamen extremæ membrorum partes: propterea quod paruæ & carne carentes prorsus cum sint, defluentem à locis fracturæ materiam ægre suscipiunt. Vult igitur vt eas cerati impositione leniamus: quod quidem neq; solum sine vllo tegumento iniici super eas debet. neq; est opus, vt vllæ aliæ fascíæ adhibeantur, cum ibi & initium instabile & finem habituræ sint, & cito defluxuræ videantur. Quocirca ijs ijsdem quibus fractura deligatur fascijs ad hoc simul vti cõsueuerunt: quas laxas merito circunducendas censet, ne molestiam aliquam afferant. nam cum ibi fractura detentione vlla non indigeat, ad solam inflammationem prohibendam adhibentur.

Multitudo linteorum prima, satis idonea duæ portiones sunt. 36

In prima omnium deligatione multitudinem linteorum pauciorem esse vult: q̃ ea qua procedente tempore opus nobis erit. docuit. n. te quanto pluribus linteis vtendum sit paulo post. Cum autem multitudo linteorum tum numero, tum longitudine fasciarum, & plagularum augeatur: quæres fortasse maiores ne an plures fascias tibi faciendas censeat: quantum item vnumquodq; H
esse conueniat. Sed enim longitudinem & latitudinem in libro de ijs, quæ in medicatrina fiunt, ipse præfiniuit, cum inquit, Trium aut quatuor cubitorum longitudo, digitorũ latitudo. Numerum vero neq; nunc dicere prætermisit. duo enim subligamina in tota deligatione vult esse faciẽda. plagulas vero triplices aut quadruplices esse debere eodem in libro docuit. quarum numerũ tantum esse par est, quantus ad complectendum membrum sufficiat. Fasciæ autem quæ extrinsecus supra plagulas iniiciuntur, duæ etiam ipsæ vt plurimum sint, necesse est: altera quæ ab inferiore parte sursum: altera quæ à superiori deorsum conuoluatur. fieri tamen potest, vt tres, aut quatuor quandoq; adhibeantur. nos sanè duabus semper vti consueuimus. Si ad hos igitur scopos vnusquisq; respiciat, illud proculdubio studebit, vt inter initia quidem duabus linteorũ portionibus vtatur: quo vero tẽpore inflãmatione affecta pars caruerit, tres etiam adhibeat. In libro itaq;, vt dixi de ijs, quę in medicatrina fiunt, fasciarum longitudinem prescripsit, eas trium aut quatuor cubitorũ esse debere affirmans: vt cubitos videlicet intelligamus eius ipsius qui deligatur. Ridiculum. n. esset, si vel puerulus, verbi gratia, duos, aut tres annos natus tam longis linteis deligaretur, quæ tres aut quatuor viriles cubitos explerent: vel vir adultus adeo breuibus: vt trium aut quatuor cubitorum infantis mensurã non excederent. In hoc tamen libro neq; longitudinem fasciarum,

A sciarum, neq; latitudinem præfiniuit, nobis eas facile coniectandas relinquens. Perspicuum siquidem est, si ad fracturæ magnitudinem fascias accommodemus, longitudinem earum facile nos esse inuenturos: quippe cum semper deligatio, vt ipse iubet, multam quoq; sani loci partem occupare insuper debeat. non semper autem eadem sumenda longitudo est, sed pro fracturæ, vt dictum est, magnitudine varianda. Nam, si bis aut ter fracturæ ipsi primum fascia est circũuoluẽda, deinde frequentibus circũiectionibus vtendo, multam sani membri partem occupandum: tm̃ proculdubio esse primum linteum necesse est, vt tot circũuolutionibus esse satis possit. simili modo quoq; reliquarum fasciarum longitudo ea esse debet, quæ deligationibus, quas scribit, queat sufficere. Latitudinem autem, si ad ea, quæ dixit, spectes, facile inueneris. affultas quidem esse inquit, non autem compressas. affultas autem esse, id est ἐρμόσθαι, firmatas, atq; applicatas esse significat. id quod fiet, si non valde latum linteum præparatum fuerit. quod enim nimis latum est, in
B conuolutionibus corrugatur. Nam alioqui, quo latior fascia est, vt ampliorem locum occupare possit, eo firmius ac stabilius partes ossium fractas continet. et, quantum ad hoc spectat, quo latissimum, eo optimum linteum esse videretur. Quia tamen, quæ leuiora sunt, vbi applicata fuerint, contrahi in rugas solent, ac propterea laxiora effecta subiectorum corporum firmam comprehẽsionem amittunt: iccirco non admodum lata assumenda sunt. eousq; igitur augere tibi latitudinẽ fasciæ licet, quoad nulla eius pars laxior efficiatur. Hinc est, qꝓ huiusmodi oia ab experto & perito homine melius aguntur: quippe quorum scopi sint coniecturales, nullusq; eiusmodi, qui vel scribendo tradi, vel legendo percipi facile queat. Cur autem pluribus linteis postea vti iubeat, tunc audies, cum ad ea verba, in quibus hoc scribit, explicanda deuenerimus.

37 *Signa autem bene curati hæc sunt, atq; is bene deligati terminus est: si ab eo requisieris, an compressius sit, ipse autem compressum quidem se esse dicat, sed leniter tamen, & præsertim circa ipsam fracturam. hæc itaq; dicere debet perpetuo fieri is, qui recte deligatur.*

Quia cõiecturalibus scopis non scientiã efficientibus in linteorũ inuolutionibus vtimur, ideo signis certis vult, vt, quod in his vel recte exequuti fuerimus, vel praue cõmiserimus, discernere valeamus, vt si valde à fascijs cõprimat eger, cito resoluẽtes melius deligemus: si laxior, q̃ debeat, deligatio sit, multum tempus non differamus. vehemens. n. compressio cum dolorem atq; inflãmationem faciat, interdum etiam emori membri extremam partem cogit. laxa autem circũiectio linteorũ sicut, quantũ ad hæc, periculo vacat, ita permittit, vt membrum in fracturã distorqueaC tur. Quocirca adeo vrget nimia compressio, vt eodem die relígare nos omnino cogat: laxa vero vnũ, & duos etiam quandoq; expectare dies potest. Interrogare igitur diligenter eum, qui deligatus est, debemus, qualem nam conuolutionem linteorum sentiat: vt ex eius responsione discernamus, quid in deligatione corrigendum sit. Ac præcipue conuenire inquit, vt circa fracturam magis dicat se fuisse cõstrictum, q̃ alijs in partibus: propterea qꝓ compressus locus ille duabus de causis sensum maiorem efficiat: cum quia affectus est, tum quia nos magis astringere fasciam ea parte consueuimus, dum totum sanguinem in vtranq; partẽ membri procul à fractura elidere studemus. ita enim fit, vt affecta pars inflammatione omni careat.

38 *At signa mediocritatis sunt, si die, quo deligatus est, & nocte, non minus, sed magis constrictus sibi esse videatur: postero paruula quædam intumescentia in summa manu mollis illa quidem exoriatur: mediocriter te compressisse signum id est.*

Quoniam præcipua deligationis vis in quantitate compressionis consistit, quantitas vero hęc varia esse consueuit, cum ex differentia mollitiæ, & duritiæ membrorum, tum vero maxime ex eo qꝓ quædam corpora hebetiore, quædam vegetiore sensu prædita sunt: merito Hippocrates
D multis signis nititur certam ægroti curationem manifestare. Iccirco sola ex interrogatione indicia minime ipsi satis fuerunt, sed membris ipsis insuper, & præcipue extremis eorum partibus attendendum nobis censet. Intumescentiam enim paruulam inquit exorituram esse in summa manu mollem secundo die, si mediocriter constrinxerimus: quæ videlicet, si impositis digitis deprimamus, cedat. nam, si vel nullum huiusmodi tumorem, vel durũ aliquem inueniamus, scire apte licet, minus q̃ oportebat, si nihil prorsus extiterit: magis, si durus tumor apparuerit, à nobis fuisse constrictũ. Perspicuum enim est, si deligatione humores ad extremam membri partem exprimantur, atq; hi multi sint, adeo repletum iri extremitatẽ, vt digitis etiam deprimentibus cessura non sit. idq; tibi nimię compressionis signum erit: quemadmodum, si nihil intumuerit manus, nihil prorsus elisum fuisse à deligatione indicabitur. quippe cum magnitudini compressionis expressorum humorum multitudo semper respondeat: pro ratione vero multitudinis tumor excrescat. Quare merito, cum vehementius compressa est fractura, dura & magna intumescentia insurgit: cum leniter constrictum est, parua & cedens existit: sicut nulla prorsus apparet, cum nulla prorsus constrictio adhibita est. Constat igitur, si magnum & renitentem tumorem deprehenderimus in extrema manu secundo post die, statim resoluendũ esse, & multa aqua calida copioso oleo infuso perfundẽdum, mediocriterq; comprimendo deligandũ. At, si secundo die nullus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

penitus tumor extiterit, tertio die resolutam fasciam constrictius deligabimus. Si mediocris ac E
paruus tumor apparuerit, Hippocrates quidem etiam tunc tertio post die resoluẽdum censet: sed
ego in quartum diem differens, & in quintum etiam quandoq; præsertim per hyemem, nihilo pe
ius eualisse rem deprehendi.

Desinente autem die si minus videatur constrictus fuisse, tertio autem fasciæ laxæ esse appareant, & si horum 39
antedictorum aliquid defecerit, scire oportet laxiorem deligationẽ esse, quam conueniat: siquid superabundarit, ma
gis quam par sit, fuisse compressum. His indicijs monitus postea magis vel laxando, vel comprimendo deligabis.

Non profecto, vt non nulli opinantur, ex distentione longioribus effectis linteis, mora tempo
ris laxior deligatio apparet: sed quia membrum attenuatum, cum recte deligatur, gracilescere cõ
sueuit. atque hoc semper in omnibus fracturis euidenter conspicitur: vt ipse etiam Hippocrates
manifestabit.

Resoluere vero oportet tertio post die, vbi extenderis, ac direxeris. Et, si prius mediocriter deligaris, tunc paulo 40
magis, quam antea, tibi comprimẽdum est. injiciendaq; initia supra fracturam, quemadmodum etiam prius, sunt.
si hanc quidem prius deligaris, ex ea sanies in extremas partes huc & illuc exhauriuntur. si aliam partem prius cõ
presseris, in e.ẽ ex cõpresso loco exinanitio fit. Animaduersio sanè ad multa vtilis est. Ita igitur incipere semper de F
ligationẽ, compressionemq; ex hoc loco opus est. reliqua pro rata quodq; portione, quanto longius à fractura abduxe
ris, tanto minus constringendum. Laxa nunquam prorsus, sed adhærentia circunuciendo. deinde pluribus linteis in
vnaquaq; deligatione vtendum est. & si interrogetur, paulo magis compressum se esse dicat, quam prius, & præci
pue circa fracturam. & cætera, quãtum videlicet & ad tumorem, & dolorem, & ad recreationem spectat, pro
ratione prioris deligationis fiant. Vbi vero tertius dies iam aduenerit, laxiores ipsi fasciæ videantur. deinde resolue 42
re oportet, ac rursus paulo magis comprimere, atq; id omnibus linteis, quibus fuerat deligandus. cũcta postea ipsum
inuadant, quæ in primis etiam deligationum circuitibus euenerant.

Si in primo die non compresserimus, quantum conuenit, propterea q̃ ob ictum dolore afficie
batur æger, oĩbus recte succedẽtibus tertio die sedatũ iam aliquantulũ dolorẽ nacti, fasciarũ con
tentionem augebimus: neq; tunc tñ eatenus, quantum ipsa res postulat. id.n. si oĩa recte cesserint,
quinto die fit: vnde etiã linteis q̃plurimis tunc, pfectissimaq; intentione vti nos iubet. Memoria
tñ tenendum nobis illud est, hæc nobis tantummodo esse facienda, si oĩa conuenienti ordine rite
successerint. nã, si ob errorẽ aliquem, q̃ intercesserit, nondum prorsus quinto die inflãmatione ca-
reat brachiũ: neq; nos linteis oĩbus vtemur. firmitas. n. deligatiõis fractorũ etiam ex multitudine G
linteorũ, sicut ipse inquit, fit. quã præcipue eo tpe adhibemus, quo locus circa fracturam satis con
tractus ac depressus apparet: os vero fractũ laxum iam atq; agile ad directionẽ conspicitur. quod
si quinto die non contigerit, alterũ resolutionis circuitũ expectabimus: q̃ videlicet, in septimũ diẽ
deueniet. Tertio. n. quoq; die resoluendũ, ac religãdũ censet, quoad fractura in ferulas injiciatur:
ea causa, vt calida aqua pfundamus ac foueamus, quo exinaniãtur humores, qui in fracta parte cõ
tinentur: quí tenues & serosi cũ sint, difflatione ac perspiratione indigẽt. Adde, q̃ perfusio hæc &
ad mitigandum dolorẽ facit, et prurigini medetur. Quocirca, cũ æger neq; prurigĩnem, neq; dolo
rem amplius senserit, omniaq; antedicta signa recte peracta fuisse circa fracturam cuncta ostẽde-
rint: si etiam quarto post die soluas, præsertim p hyemẽ, nullum damnum afferes: atq; eo magis, si
hoĩes rustici sint, lotione vti plerũq; mĩnime consueti. nã si per singulos dies lauari soleant, aut bis
in die: differenda longius perlutio non est: ac præcipue si etiam molli carne forte præditi fuerint.

Posteaquàm vero ad tertium diem iam deuenerit, qui septimus à prima deligatione sit: si recte fuerit deligatus, 41
tumor in summa manu, neq; is valde magnus extabit: deligata vero pars in omnibus deligatiõibus tenuior, ac gra
cilior reperietur: in septimo vero die etiam admodum tenuis. & ossa fracta ita affecta vt, magis moueãtur, agilio- H
raq; in coaptationẽ sint. Si hæc huiusmodi fuerint, coaptare te oportet, atq; accõmodate ad ferulas circũponendas de
ligare, paulo magis comprimendo quàm prius, nisi dolor aliquis maior à tumore, qui in summa manu est, infestarit.
Vbi vero linteis deligaris, ferulæ tibi circũdandæ sunt, vinculisq; quàm laxissimis comprehendendæ: eatenus vide
licet, vt quiescant: neq; ferularum oppositio ad compressionem brachij quicquam faciat. Post hæc & labor, & re
creatio eadem, quæ in primis circuitibus deligationum, fiant. Vbi vero tertio die subsequente laxam esse deligationẽ
dixerit, tunc deinde firmandæ ferulæ sunt, præcipue supra fracturam. & reliqua etiam pro ratione exhibeantur, si
videlicet & deligatio laxa magis fuerit, quàm cõprimat. crassissimam. n. esse ferulam opus est, qua excidit fractu
ra, non tamen multo. Danda aut opera est, ne vel è directo magni digiti ferula collocetur, sed hac vel illac: vel è di
recto parui, quà os ad manus articulum eminet, sed hac vel illac constituatur. At si ad fracturam conferat, vt hac
parte ferulæ aliquæ ponantur, breuiores hæ cæteris faciendæ sunt: ne ad ossa, quæ ad manus articulũ prominent, per
tingant. inde enim ne exulceratio, neruorumq; denudatio contingat, periculum impendet. Tertio autem quoq; die
ferulis admodum leniter confirmandum est, eo consilio vt ferulæ custodiendæ deligationis causa apponantur: non
deligentur, vt comprimant. Si igitur probe noris in prioribus deligationibus satis ossa fuisse directa, neq; pruritus
aliqui infestent, neq; vlla suspecta exulceratio sit: deligatum ita cum ferulis permittendum est, quoad viginti dies
excesserit, triginta enim maxime diebus cunctis connumeratis ossa cubiti plerunq; corroborantur.

Si talem

A Si talem fractam partem tertio die reddere possemus, qualis plerunq; septimo euadit: ferulas ei
tunc necessario circũdaremus. sed qm̃, vt dixit ipse, in septimo die etiam admodum tenuis reperi-
tur, quo verbo significat eam tenuiorem, q̃ in sana cõstitutione se habebat prius, euadere: propte-
rea eo die diligentissime compositio ac conformato membro, vtpote quod ossa iam laxa habeat,
ferulas circumponi iubet. Ferularum autem vsus idem est, quem etiam plagularum superius di-
ximus, vt fractum os contineatur. os.n. coalescere inter se, vt caro, ob naturalem siccitatem cum
nequeat, callo circa oras fractionis concrescente, quasi vinculo quodã quo cohæreat, indiget. cu-
ius gdẽ calli ortus ex alimenti fracti ipsius ossis excremento existit. q̃ si non recte æger victu vta
tur, vel plenitudinis habitu præditus sit, sæpe id profusum crasso sanguini persimile totas fascias
inficit. quicquid igitur ex hoc excremento, dum effervescit, in labris fracti ossis concrescit: id mo-
ra temporis ab ipso contingente osse immutatum simile ossi euadit, vocaturq; callus, seu tofus,
græce τῶφος. Si itaq; ossis fracti capita atq; oræ ipsæ dimoueantur & quatiantur, compressio eius
atq; adhæsio impeditur. idq; obstat, quo minus occallescere locus ac ferruminari queat. quod. n.
lignis, quæ simul coniunguntur, est gluten: id confractis ossibus callus est. vt merito quæ callo cõ
glutinandæ sunt fracturę, quiete summa indigeant. quippe cum, si callus concrescens agitetur, &
B moueatur, dissolui nõ secus ac gluten, quo ligna cõmittunt: aut lac, quod coagulaẽ, soleat. quietẽ
aũt hanc accuratissima compressio affert, quæ & fascijs, & ijs quæ ipsas extrinsecus continent,
procuratur. ipsas autẽ & multitudo linteorum, & ferulę continent. Quę sequuntur omnia, siquis
mentẽ aduertat, clara sunt, iubet enim si alicubi laxa fiat deligatio, tertio post die ferulis constrin-
gendum esse: non tñ deligationem totam resoluendam, nisi forte vel æger vehementi prurigine
afficiatur, vel vlcerationem aliquam suspicemur. Causa autem cur inter initia maior, postea vero
minor pruritus sentiatur, affectæ partis exinanitio est. cum. n. ab excremẽtis vaporosis egredien-
tibus mediocriter mordentur, pruriunt. nam si vehementer mordeantur, cũ dolore pruritus ipsis
contingit. Quando igitur vacuum membrum iam est, vel nullum vel paucissimum omnino hu-
iusmodi excrementum gignit.

42 *Certum tamen nihil est. Valde. n. & natura à natura, & ætas ab ætate differt.*

Cum non absolute ætatem ab ætate differre dixerit, sed & / coniunctionẽ addiderit: alias quoq;
esse causas significat, ob quas non oẽs cubiti fracturæ triginta diebus, sed serius aliæ, aliæ citius cõ
solidantur. Est. n. & tempus anni, & regio, & natura corporis quod curatur, anni item constitu-
C tio, & victus ægroti, & deligationis modus, quæ omnia variationem afferunt. Citius. n. corrobo-
ratur os. i. firmiter occallescit, cum & materia ex qua callus fit, mediocriter & quantitate & quali-
tate affecta est, & vis coagulantis ipsam facultatis est valida. In diutinam autẽ moram incidũt fra-
cturæ interdum ob materiæ defectum, quod. n. pauciore tempore ob copiam materiæ facultates
efficiunt, id vt præsent, si desit materia, diuturniorem moram requirũt: interdum ob nimiam co-
piam: quippe cũ callus, qui cõcrescit, ab affluente intrinsecus humore, si multus sit, & continuus,
diluí atq; obruí consueuerit. Ac crassitudo quidem materiæ idonea est, vt concrescat, in callumq;
euadat: humiditas cõtra tenuis atq; aquea ad callũ procreandum ineptior est. Nam facultatem, si
valida sit, citius: si imbecilla, tardius opus suũ peragere nemini dubium est. Ob hæc igitur contin-
git vt diuersis temporibus fracta ossa callum contrahant. Hæc aũt ipsa, quæ nũc dixi, ob superius
cõmemoratas causas immutari consueuerũt. amplior siquidem & paucior materia, crassior item
& tenuior tum ex pristina tẽperatura vniuscuiusq;, tum ex aduentitia eo tẽpore quo quisq; cura-
tur, existit. Accedit etiã victus quo vtunt ægroti, & modus deligationis quo deligantur, ætas itẽ,
& tempus anni, & regio: ex quibus. s. omnibus facultas & valida redditur & imbecilla.

43 D *Vbi vero solueris, aqua calida perfundere ac fouere oportet, & paulo minus comprimendo, quàm prius, paucio-*
ribusq; linteis religare. & deinde tertio post die resoluere item, ac minus comprimẽdo, paucioribus linteis deligare.

A principio & multitudinem linteorum & compressionem vsq; ad ferularum circũdationem
auxit: quas vbi apposuit circa septimum diem, quasi firmum quoddam calli generationi iacere
fundamentum vellet, vsq; ad vigesimum sine solutione membrum reseruaui. Vbi vero concre-
scit iam callus, non amplius in quiete seruandam fracturã censet. quippe cum nutriri debeat cal-
lus, cum iam firma radice adoleuit. nutritio autem suppeditatione materiæ fit: quam sicut à loco
affecto ad alias partes à principio auertebamus, ita nunc aquæ calidæ perfusione reuocanda est.
Adde quòd cum inter initia eam prorsus, ne ad partem affectam afflueret, & linteorum multitu-
dine, & compressione arceremus: nunc impedimenta hæc tolluntur, dum paulatim & linteorum
copia detrahitur, & compressio laxatur.

44 *Si autem vbi ferulis deligaris, non recte reposita esse ossa suspiceris, vel aliud quid vulneratum hominem mole-*
stet in dimidia temporis parte aut paulo ante soluendum, ac religandum tibi esse scias.

Quæ superius dixit, ea si omnia rite ac conuenienter successerint fieri monuit. sed si interdum
aut dolor aliquis oboriatur, aut vlcerationis timor incidat, aut ne vel recte ossa fuerint cõposita,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

vel motio aliqua in eis contigerit, suspicemur: tunc resoluendam nobis deligationem ante vigesimum diem inquit. Atq; ita nos prænonet, ne quis perpetuum esse, quod prius præceperat, ratus, fracturas oēs vsq; ad vigesimum diem seruare penitus immotas velit. ad id enim quod subinde vrget, spectare medicus debet: neq; tanq̄ legem inuiolabilem præcepta sibi esse seruanda existimare: præsertim si non conuenienter omnia euenerint. E

Victus ijs, quibus neq; vlcera à principio contigerunt, neq; ossa extra eminēt, subuulgaris sit: paucióre siquidem victu vsq; ad decem dies vtendum ipsis est, vtpote qui iam commorentur. 45

Veteres ferè omnes φαῦλον pro quolibet vili ac simplici vsurpare consueuerunt, cui exquisitum & exactum opponitur, quod ab Ionibus σκεθρὸν dicitur. Iicut igitur exquisitum victū σκεθρὸν vocat, ita qui contrarius ei est, φαῦλον. i. simplicem ac vulgarem appellat: & nunc eum, qui inter vulgarem, & exquisitum medius est, ὑποφαῦλον. i. subuulgarem nuncupauit. Exquisito igitur victu eos vti vult, qui à principio fracturam cum vlcere patiuntur, & præcipue si extra cutē confractum os prominet: simplici & vulgari eos, qui citra periculū constituti sunt: subuulgari & medio eos, qui fracturam absq; vlcere, & ossis prominentia habent: in primis videlicet diebus. Primorum autem dierum terminum statuit decem. nō q̄ vel tempestiuius vel serius immutare consentanee victum non valeamus, sed quia plerunq; ita faciendum esse contingit. propterea autem medium adhibendum victum censet, quia neq; magnum est periculum, sicut cum denudatū etiā os fuerit: neq; adeo in tuto res est, sicut cum quis vlcus simplex in carne absq; ossis fractione vlla habet. his itaq;, qui medio modo inter periclitantes, & periculo vacantes affecti sunt, mediū quoq; victum statuit: præsertim cum etiam qui confractam manum habēt, vsq; ad decimum diē prorsus quiescant, atq; ocientur: quod ἐλινύειν. i. cōmorari, Iones vocant. Qui aūt ociantur & quiescūt, ex quisitiore victu vti, q̄ qui mouentur, consentaneum sit. post decimum. n. diem cum plerisq; manu iam appensa obambulent, merito vsq; ad eum diem medium victum adhibendum cōsulit, vtpote qui iam cōmorentur. i. quiescant & ocientur. De tempore vt plurimum/iam, id est ὡσὴν/particulā ponere consueuerunt. eandem etiam statuunt, cum ꝓbationem quandam & confirmationē significare volunt: vt si dicamus, & alia, & iam hoc credendum est, seu faciendum. quem in modum hic Hippocrates videtur posuisse. vt talis oratio eius euadat. Victu mediocri vsq; ad decimum diem vtendum est, cum ob alia, tum iam etiam quia æger eo tempore prorsus quiescit. F

Obsonijsq; mollibus, quæ descensui mediocritatem præstent. G 46

Vel ptissana videlicet, vel beta, vel malua, vel attriplice, blito item & cucurbita: nec non piscibus qui molli carne sunt.

A vino vero & carnis esu abstinendum est. 47

Docuit ipse exquisiti victus formam, & subuulgaris quoq;, quem nunc vsq; ad decimum diem exhibendum cēset. qui cum vino & carne sit, vulgaris est: qui cremorem tantū ptissanæ, & aquam mulsam admittit, bonus atq; exquisitus: medius vero inter hos vtrosq; est, quem modo dixit: obsonijs mollibus inquiens, quæ descensui mediocritatem præstent.

Deinde tamen ex additione reficiendi sunt. atq; hæc quidem oratio quasi lex iusta de fracturarum curatione constituta est. 48

Refici atq; instaurari eum qui fracturam habet, postea consulit. Ex additiōne autē dixit, id est ἐκ προσαγωγῆς, vt significet paulatim & sensim id esse faciendum. quod. n. copiose & repente vel replet, vel euacuet, vel aliud quippiam facit, vituperare consueuit.

Quoq; modo tractare debeamus, & quo modo à iusta tractatione euenire oporteat. siquid autem non ita euaserit, sciendum est aliquid vel minus quàm decebat, vel plus in tractatione fuisse effectum. H 49

Iustam tractationem vocat eā, quæ omne id, quod ægroto conuenit, attribuit, nihilq; transgreditur, quod sibi faciendum sit. Tractationem vero. i. χείρισιν, vel ex manu operationem & chirurgiam appellat, vel omnem absolute rerum omnium administrationem. quippe cum Græci non solum ea, quæ manibus comprehenduntur, verum etiam omnia, quæ aguntur, μεταχειρίζεσθαι. i. tractari atque administrari, dicant.

Præterea hæc insuper in hoc simplici modo aduertenda sunt: quæ non admodum curare medici videntur. cum tamen omnem curam & meditationem, omnemq; deligationem corrumpere, si non recte fiant, possint. 50

Simplicem modum & fracturæ & luxationis eum vocat, cum nec; vlcus contigit, nec; os aut fuit denudatum, aut multas in partes contritum, quod fracturæ genus farinatim factum recētiores appellant. horum siquidē omnium simplex modus non est, sed ille tm̄, cum fracturæ aut luxationi nihil aliud insuper accessit. Se. n. vti hac appellatiōe in hoc significatum hoc eodem in libro declarat Hippocrates, cum non post admodum multa ita scribat: At, quibuscūque simplici modo fracta

A fracta ossa sunt. In hoc igitur simplici modo fracturarum paruus quidem specie, si quis tamen diligenter omnia inspiciat, vi maximus error cōmittitur. hoc. n. neglecto omnis prius habita diligentia corrumpitur. atq; hoc quo modo fiat, deinceps docebit. Aliter autē eadem lectio scribitur hoc pacto/cum tū omnis cura & meditatio, omnisq; deligatio corrumpi, si non recte fiat, possit/vt intelligamus diligentiam eum damnare, si male adhibeatur, quippe quæ cætera quoq; oia, quæ circa affectam partem bene fuerant administrata, corrumpere valeat.

51 *Nam si vel ossa vtraq; confracta sint, vel inferius tantummodo, & cui deligatio adhibita est, is mitella quadā manum habeat appensam, mitellaq; ipsa ea parte, qua est fractura, plurimum contineat, ita vt hinc et inde manus dependeat: in hoc alterum os in superiorem partem distortum deprehendatur necesse est.*

Vult insuper diligenter inspicere qualis nam totius manus appensio futura sit, cū non amplius iacet homo, sed iam deambulat, hoc est post decimū diem. ante. n. vt plurimū iacuit manu deposita ea figuratione, quam superius didicisti, qua extremam partem altiorem paulo detinebat. qñ vero iam deambulat, collo, sicuti fieri consueuit, manum appensam gestans, mitella ei circūicienda est, ita lata, vt totum cubitum æqualiter sustentet: ne si vlla sui parte pendulus extra eam relin-

52 B quatur, ea parte os eius deorsum incuruetur, & distorqueatur. Prius. n. q̄ affectum fuisset os, continuum totum atque vnum erat. qñ vero confractione continuitatem amisit, tunc fieri potest, vt altera eius pars supposita mitella firmetur ac sustētetur: altera, vtpote quę non amplius continuata cum ea sit, in inferiorem partem declinans distorqueatur. potest item & eiusdem partis interdum alterum caput ob praue subiectam mitellam, quæ ipsum solum sustentet, altum permanere: alterum vero deorsum propendens eam in partem distorqueri. Quatuor igitur modis praue mitella cubito subiici consueuit. primum qñ fracta tantum pars ab ipsa suspenditur, ac gestatur, quæ vero ex vtraq; parte sunt, ꝓpendent: Secundo cum extremæ cubiti partes & superior iuxta gibbum, & inferior ad manus articulum firmatæ bene mitella sunt, media vero sine sustentaculo dependet: Tertio & quarto cum vel anteriora cubiti sola, vel posteriora sola mitella sustētat. Ex his quatuor modis duos tantūmodo cōmemorauit Hippocrates, qui qdem maxime etiam membrū distorquent. alteros duos omisit: quippe qui cum illis intelligi facile possint. Ex his vero duobus quos refert, alter in proposita hac oratione exponitur: in qua primum docet intelligere nos id debere, siue vtraq; cubiti ossa fracta fuerint, siue alterum tantum quod inferius est, qui proprie cubitus nuncupatur. quanq̄ hoc cōmune vtrisq; modis est, de quibus sermonem est facturus. sed illa

C sunt propria: prioris qdem de quo nunc agit, q̄ subiecta cubito mitella angustior cum sit, q̄ vt totum membrum queat sustentare, solam partem fractam suspēdit: posterioris, q̄ è contrario mitella cum ex vtraq; parte attollat, solam partem fractam insuspensam relinquit. Distorqueri autem inquit priori modo cubitum sursum: secundo modo deorsum, sicut in sequenti oratione declarabit: priori vero modo distortionem in superiorem partem fieri ita ostenditur: Cum pars fracta à mitella sustentetur: reliquæ vtrinq; deorsum tendant, propterea q̄ nullam firmam sedem habeāt, efficitur, vt quod à mitella gestatur, altiori loco callo cōferruminetur. qua autem figura membrū occalluerit, eandem reliquo omni tempore conseruat: adeo vt sæpe nos quæ ita fuerunt distorta, iterum ad principium cogamur reuocare: atque extento denuo membro fracturam rursus eandem efficiamus. Nam, sicut prius iam diximus, non vnitur & coalescit vnquam os, sed à callo circūcrescente colligatur & conferruminatur. vbi igitur id extēdendo diuellimus, rursus curamus, vt in conueniente figuratione calli conglutinatio efficiatur. Non vniri autē prorsus & coalescere inter se quæ fracta sunt ossa, in alijs quoque animalibus conspicere potes. nā si aliq̄n vel suum, vel aprorum, vel boum, caprarum item & ouium, quinetiam gallorum aut gallinarū os aliquod callo conferruminatum deprehenderis (deprehendes autem multa, sicut etiam nobis contigit, si id stu-

D diose inuestigaris) deraso circūcirca callo fracti ossis capita inter se apposita tantum cernes, non vnita & coalita, vt caro in vulneribus consuevit. Cur autem si vtraque cubiti ossa fracta sint, & id quod proprie cubitus dicitur, & alterum quem radium vocant, maximam mēbri distortionē ex praua suspensione fieri contingat: si alterum tantum fractionem passum sit. i. cubitus, membrum minus distorqueatur: si in radio fractura euenerit, nulla omnino distortio accidat, etiam si praue appensio adhibita fuerit, non difficulter reperies, si ea quæ dixit, memoria teneas. Subiectum. n. & substratum os, vt inquit, qui est cubitus, loco sedis ac fundamēti superiori fracto iacet: atque ita distortionem eius prohibet. Si vero cubito fracto radius illæsus permanserit, si recte quidem deligetur, dirigere etiam secum quodāmodo cubitū potest: continere tamen ne penitus distorqueatur, si in appensione peccet medicus, non potest: propterea q̄ in inferiore loco constitutus cubitus nihil habet, nisi deligationem quæ ipsum sustentet.

52 *At si fractis ossibus & summa manus & pars iuxta gibbum cubiti mitella sustineatur, reliqua autem cubiti pars suspensa non sit: in inferiorem partem os distortum inuenietur.*

Secundum ex quatuor modis, quos modo superius cōmemorauī, nunc docet, qui contrarius primo est. illo. n. à mitella solus fracturæ locus sustentabat. nunc alijs oībus partibus suspensis, sola

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ea in qua est fractura ingestata relinquitur. Quemadmodum igitur in superius cõmemorata appensione, quia sustentata à mitella membri pars fracta sublimior, reliquæ oẽs vtrinq; depressiores, atq; humiliores permanebant: merito distorqueri in superiorem partem totum cubitũ dixit: ita nunc vbi fractura sola à mitella non sustentatur, ea pars mẽbri sola cum deorsum fluat inclinatur, ac deprimitur: atq; vt incuruetur cubitus eo loci, ac callo obducto in inferiorem partẽ distorqueatur, facit. atq; hæc tota propositæ huius orationis sententia est. Duæ autem huius orationis lectiones reperiuntur, quæ verbis qdem ipsis maxime inter se cõtrariæ videri alicui possunt: siquis tñ diligenter aduertat, in rebus consentiunt. Nam cum nõnulli suspensum cubitũ. i. μετέωρον, insustentatum intelligant, quippe qui solo aere gestetur: alij vero ẽ contrario suspensum pro mitella sustentato accipiant, eo q̃ extra mitellã est, deorsum inclinetur, humiliorq; efficiatur, quod contrarium suspenso sit: merito duæ lectiones verbis inter se repugnantes, re aũt & sensu inter se consentientes euaserunt. Cum.n. verbũ/suspensum/in cõtraria significata ab explanatoribus trahat: iure fit, vt alij sine negatione/reliqua aũt cubiti pars suspensa sit/alij cum negatione legendũ censeant/reliqua aũt cubiti pars suspensa non sit/prout vnusquisq; verbum hoc interpretatur.

Oportet igitur vt mitella molli, quæ latitudinem habeat, & plurimam cubiti partem, & articulum ipsum manus æqualiter suspendamus. F 53

In hac oratione prætermissas reliquas duas appẽsiones significat eas inquã, quæ cõmune illud habent, q̃ in extrema cubiti parte mitella subijcitur: proprium vero, q̃ vel iuxta gibbum tantũ cubiti vel iuxta manus tm̃ articulũ eadem mitella supponitur. Nam cum ante dixerit, cum circa solam fracturam circũijcitur mitella, & cum vtrisq; extremitatibus applicatur, & postea in hac oratione moneat plurimam cubiti partem & articulum manus æqualiter à mitella sustentari debere: manifeste declarat se reliquas duas appensiones, quę non recte sese habent, damnare: quippe cum neutra ipsarum articulum manus simul, & plurimã cubiti partem æqualiter firmet. sed propriam tñ de his doctrinã nullam tradit: præcipue qdem quia, vt dixi, cum prædictis intelliguntur: deinde propterea q̃ si deligatio recte facta sit, paruam admodũ hæ læsionem afferre consueuerunt. Ante dictæ vero duæ appensiones ob id valde prauæ censebantur, quòd pars fracta contrario modo, q̃ vtræq; adiacentes afficiebatur: cum aliquando ipsa sola nulla alia sustentata sursum traheret: aliq̃n deorsum cæteris subleuatis sola ipsa dependere permitteretur.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE FRACTVRIS COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS,

ARGVMENTVM LIBRI

Curatio reliquarum fracturarum simplicium, luxationum, ac dimotionum, quæ in brachio, summa manu, pede, tibia, calce, & femore contingunt exponitur.

I autem brachium fractum fuerit. 1

Nonnulli ex ijs qui librum hunc explanarũt, sicut in superioribus, modo totũ membrum quod inter duos articulos gibbi cubiti videlicet & manus porrigit, modo longius ex duobus eius ossibus cubitum appellabant: ita brachiũ aiunt ab Hippocrate nuncupari & mẽbrum quod est inter humeri & cubiti articulum, & os quod in ipso continet. Alij mẽbra qdem ita nominari asserunt, sed ossa ipsa habere appellationem hanc negant. quippe cũ ita nos quoq; dicere consueuerimus, illi caput vulneratũ est, aut mala, aut nasus, siue in sola cute læsio ipsa contigerit, siue altius penetrarit, vt vel membranam musculi, vel neruũ, vel arteriã, vel venã offenderit. Sic cum dicimus brachium fuisse vlceratum affectionẽ eam in brachio contigisse declaramus, quod vlcus vocatur: qm̃ vero in ratione vlceris caro cõprehenditur, eam licet, ppria appellatione non expresserimus, vlceris tñ vocabulo significamus. quippe cum quæ in carne contigit, diuisionem, vlcus vocemus: ita vt cum dicimus, Dioni, si ita inciderit, brachium fuisse vlceratum, carnem tantũmodo brachij significemus. Eodem modo cum fractum eidem brachium dicimus, affectum eum passum esse ipsum ostẽdimus, quam fracturam vocant, vnà vero cum fractura necesse esse aiunt, vt os quoq; intelligatur. Sed.n. hoc cũ in nomine tm̃ & significato altercationem habeat, neq; prodesse nobis, neq; obesse ad fracturæ curationẽ quicq̃ potest. Quæ sequunt, curationẽ quæ fracto brachio adhibenda est, nobis tradunt: quæ sanè, vt mihi qdem videtur, plana omnis ac clara est, non secus atq; alia quæ superius de cubito scripsit. nam illa quoq; præter paucissima quædam, dilucida fuerunt. tametsi nos dum singulorum quæ ab eo fieri iubebantur, causas præponeremus, produximus orationem. quod licet

A licet à proprio explanationis munere aliquantulum abeat, consuetum tamen, vt dixi, explanatoribus est. Verũtamen cum has easdem ipsas rationes alibi ipse breuibus explicarit, neq; nos apponendam earum inuentionem, sed ordinem immutandum nobis esse duximus. Hic vero & per se considerata oratio manifesta est, & singulorum causam superius ante dictam habet, vbi de cubito agebatur. quippe cum hæc ad ea quoq; referantur, quæ generatim ibi consuluntur. Primum totius manus & brachij figuratio est, deinde extensio, postea conformatio, post quã extremo loco positio succedit: siue aliquo modo collocetur, siue appendatur. His igitur præcognitis, si pauca aliqua occurrerint, quæ aperta non sint, in sequentibus explanabimus.

2 *Et porrectum manum quispiam in ea figura extendat: musculus brachij distentus deligabitur, atq; ita efficietur, vt cum qui deligatus fuerit, cubitum inflexerit, musculus brachij aliam figuram habeat.*

Huic orationi addenda ea sunt quæ superius dicunt. cum post deligationem musculus brachij aliam figurã acquirit, fieri vt nonnullæ ipsius partes violenter à fascijs cõprimantur, aliæ laxas eas & diffluẽtes habeant: atq; inde contingere, vt ex cõpressione inflãmatio oriatur: ex laxitate membrum ipsum distorqueatur: quare figurationem manus minime esse mutandã, sed eandẽ semper
B seruandã à principio vsq; ad finẽ, sicut etiam prius dictũ fuit. At si in ea figura qua deligaris, manũ cõserues: sicut nulla deligationis pars aut laxior, aut astrictior reddetur: ita, quia ipsa figura praua est, vt superius demonstratum fuit, dolorem afferet, atq; ex eo inflãmationem excitabit,

3 *Iustissima igitur brachij extensio hæc est: lignum cubitalis longitudinis, aut paulo breuius, cuiusmodi manubria ligonum sunt, ex vtraq; parte fune deligatum suspendũ est, tum hominis in sede alta collocati brachium transferendum est sic, vt sub ala manubrium aptetur ea moderatione, vt vix cõsidere homo queat, sed ferè suspensius maneat. postea aliquid aliud stabile apponendum superiecto scorteo puluino aut vno aut pluribus, quo ei altitudini satis sint, vt cubitus ad rectum angulum obliquetur. optimum quidem est vt lorum aliquod latum & molle, aut mitellam latam circũjiciamus, atq; inde ex magnis ponderibus aliquid appendamus, quod intendere mediocriter valeat: sin minus, homo aliquis præualens ea figuratione seruata cubiti ad brachium deorsum vrgendo compellat.*



Iustitiæ naturalis esse, vt proprium vnicuiq; non ex lege, sed ex natura ipsius attribuatur, & in philosophia demonstratum, & superius etiã dictum iam est. dictum item prætera fuit iustã esse figurationem eam, quæ singularum membri partium proprium situ seruaret: eandemq; dolorem minime omniũ aliarum afferret: quæ in brachio est, cum quis cubitum ita figurat, vt rectũ angulum cum brachio efficiat. Iubet igitur vt homo figurato ita brachio, in sede collocetur: atq; ante ipsum transuersum lignum prætendatur tantum ac tale, quanta ac qualia ligonum manubria esse consueuerũt. σκαφίαι. n. rustica instrumẽta appellat. i. ligones, quibus terra foditur, inter quæ sunt etiam quæ bipalia vocantur. hæc à cõminuendis glebis μυϊαι ab Atticis. i. rutra nuncupantur. Vult autem prætẽtum hoc lignum immotum permanere ita, vt neq; sursum neq; deorsum in opere ipso transferri queat: id quod fiet, si funibus ex vtroq; capite annexis de sublimi aliquo loco suspendat. supra hoc transmittere brachium ægrotantem hominem iubet ita, vt trãsuersum manubrium alæ impingatur. homo autẽ ipse, cuius brachiũ fractum est, ita alte debet sedere, vt ferè suspensus sit. Vult enim eum sedere, vt operatiõi sufficiat, & non stãdo delassetur: nõ tamen depressum atq; humilẽ esse, sed ita vt quàm altissimus quiscq; esse sedendo potest. quin etiam medici ipsius causa, vt recte stando operetur, & non plerunq; inclinari deorsum cogatur. ipsi quoq; qui curatur, melius est, vt ita sedeat. nam cum ægrotantes in huiusmodi brachiorum extensionibus dolore affici consueuerint, fit vt propterea attrahentes sequantur, & sese attollant, neq; amplius pristinam sessionem suam seruent, atque inde intentio omnis resoluatur. quod ne fiat, in extremo termino altæ sessionis hominem ferè suspensum collocandum censet, vt si paulo attollatur, stet. quod si fecerit, neq; seipsum latere, neq; alios possit. cum vero non lateat, rursus in pristinam figuram & ab alijs, & ex seipso etiam facile reducatur.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

catur.Illud quoq; accedit,q̄ ijs qui ita ſedent, ſi ſtare velint,q̄ minima:humilibus, quammaxima E
mutatio fit:vt cū læſio aliqua ex mutatione illa eueniat,minima,ſi alte quis ſedeat: maxima,ſi humiliter, euentura ſit. Perſpicuum etiam eſt eum ligno tranſuerſo ſub ala vti ea de cauſa, ne dum brachium extenditur,homo ſequatur, atq; ita intentionē reſoluat. Id quod nos abſcq; ligno ſæpenumero facere conſueuimus laqueis ſub alam circūiectis: quorum ſanè capita retro intendenda ſunt.tum aliorum laqueorum circūpoſitione in vtranq; partem os fractum diſtendimus, ſi manu facta intentio imbecillior ſit, q̄ conueniat. nam ea aliquando ſola ſperandum eſt, vt res ſuccedat. quemadmodum in pueris, vbi nullum laqueis eſt opus, ac multo minus machinis axes habentibus, quibus capita laqueorum circūuoluendo efficere vehementiorem diſtentionem ſolemus. ſed hoc modo diſtentionis in luxationibus plerunq; vtimur. Hic autem quem nunc adhibēdum cenſet,huiuſmodi eſt. Vult vt cubitus ſuper aliquod aliud innitatur ſtabile,quod ἔφεδρον vocat.i. eiuſmodi ſtabilitatis,vt in eo deſidere quiſpiā firmiter queat: ſupra quod ſcortei puluini injiciantur.deinde ab inferiore extremitate brachij iuxta cubiti gibbum ponderoſum aliquid appendi iubet. magnorum, inquit ponderum aliquid.i.σαθμίων. ea autem ſunt, quibus vti conſueuimus, libralia pondera ex ære,aut ferro, aut plumbo conſtantia.prius tñ latum aliquod lorum & molle, aut mitella aliqua valida ea parte circūijcienda,ex qua pondera hæc appendantur. F

Medicus vero rectus ſtans altero pede altiori loco firmato operetur,palmiſq; os componat.facile autem cōponetur,& dirigetur,propterea quòd bona hæc extenſio eſt,ſiquis eā recte præparārit.deinde iniectis faſciæ initijs ſupra fracturam deliget,& cætera omnia,quemadmodum prius monuimus,pertractet,& interrogationibus ijſdē ſciſcitetur,& ijſdem ſignis vtatur,moderate ne ſe habeat,nec'ne,et tertio poſt die ſoluat,& religet,& magis cōprimat. 4

Hunc habitum vtpote ſtabiliorem ac firmiorem operanti eligit.quemadmodum in libro de ijs »
quæ in medicatrina aguntur,docuit in hunc modum ſcribens: Si vero ſtet, vtriſq; quidem pedi- »
bus ex æquo inſiſtere oportet, ſed agere altero inſcendentem, qui vtiq; ex parte operantis manus non ſit.

Et ſeptimo die vel nono ferulas circundet.& ſi non recte poſitum eſſe os ſuſpicetur,intra hoc tempus reſoluat, & vbi recte compoſuerit,religet. 5

Id quod ſuperius in cubito intelligendum tibi eſſe dixi,nunc quoq; eſt dicendum. Si omnia rite euenerint, in hoc præſcripto temporis ſpacio ferulas tibi eſſe injiciendas: ſed in cubito ſeptimo tantummodo die delīgari ferulas iuſsit. in brachio vero diſiunctiua copula vſus,ſeptimo die, G
inquit,vel nono ferulas circundet.ob id videlicet, quòd ob magnitudinem muſculorum brachij longiorem temporis moram partes circa fracturam requirunt, vt graciles prorſus ac laxæ reddantur.tunc enim vbi eiuſmodi euaſerint, apponendarum ferularum occaſionem eſſe demonſtratum eſt.

Corroboratur maxime brachij os in quadraginta diebus.quos vbi exceſſerit, ſoluendum,ac minus comprimendum,paucioribuſq; linteis deligandum eſt.exquiſitioreq; quodam quàm prius victu,atq; eo diutius vtendum eſt: quandiu autem,ex tumore qui in ſumma manu extitit,coniectabis,vires eius ſpectans. 6

Callo colligari ac conferruminari ſeparatas fracti oſsis partes corroborari appellat,ſicut etiam ſuperius in cubito.quanto autem maius brachij os eſt quàm cubiti, tanto etiam longius tempus ad callum contrahendum requirit. reliqua omnia ex ijs quæ de cubito dicta ſunt,patent:vt nulla noſtra explanatione indigeant.

Aduertere inſuper etiam hoc oportet, brachium in exteriorem partem incuruatum natura eſſe.atq; iccirco ſi non recte curetur,ſolere diſtorqueri.nam reliqua etiam oſſa quæ natura ſunt diſtorta, vbi fracta ſunt,ſi non bene 7
fuerint curata,diſtorqueri in eandem partem conſueuere. quapropter opus eſt, vt cum tale quid ſuſpicamur,mitella H
lata brachium circum circa comprehendamus ac circa pectus deligemus:atq; vbi quieſcendum eſt, inter cubiti gibbum & coſtas plagulam aliquam multiplicem,aut tale aliquid ſupponamus.hoc enim modo incuruatio oſsis dirigi poſſet.cauendum tamen eſt,ne nimis in interiorem partem vergat.

Quæ hac in oratione dicuntur vſq; ad finem, vbi de brachio agit,omnia perſpicua ſunt. Nam & cauſam diſtortionis in exteriorem partem ipſe explicat: & quo modo ex propulſione in contrarium dirigatur,docet.tum plagulam multiplicem inter coſtas & cubiti gibbū ea cauſa interijciendam iubet, ne brachium coſtas attingat, ſed locus medius intercedat, in quem compulſum brachium à conſtringente mitella corrigatur: dum naturalis curuatura in exteriorem partem diſtorta ex depreſsione in interiorem partem reſtituitur.

DE PEDE ET MANV.

Pes hominis multis ac paruis oſsibus,non ſecus ac ſumma manus,conſtat. 8

Conuenientia partibus totius manus & brachij cum cruris partibus quædam eſt.quod.n.in manu eſt brachiū,id in crure eſt femur.quod in manu cubitus eſt,in crure eſt tibia. ſic ſumma manus pedi

A nus pedi correſpondet. ſed nullum nomen proprium ſummæ manus habent Græci diuerſum à manu,ſicut pes diuerſa à crure appellatione nuncupatur. merito pedem abſolute dixit,nec̄ addidit ſummum,manum vero ſummam vocauit, vt à tota manu, quæ brachium etiam totum apud Græcos comprehendit,diſtingueret. ſed hæc de nominum vſu ſatis: de rebus ipſis iam dicamus. Sequebatur,vt ad ea quæ ſuperius dixit,de ſumma manu tractationem ſubiungere: ſed ipſe non de ea ſola,ſed de pede quoq; hic ſimul agit.ac plura etiam de eo dicit, propterea quòd pes maiorē diligentiā poſtulat.Ex multis igit̄ ac paruis oſsibus vtraq; hæc mēbra cōſtare inquit: at nos duris etiā adiungemus.medulla.n.carent,ac fiſtuloſa miníme ſunt, paruis lapillis perquā ſimilia. Sicut autem totū brachium toti cruri reſpondet,ita manus cū pede conuenientiam habet. qualis enim in manu eſt prima pars palmæ,quæ καρπὸς dicitur, talis in pede prima pars plantæ eſt, quam ταρσὸν vocant.qualis item in manu palma eſt,id eſt μετακάρπιον,talis in pede eſt planta,ſeu ſolum. Digitorum conuenientia,etiam ſi ego nihil dicam,ſatis clara per ſe eſt. Præter hęc in pede oſſa calcis ſunt.vnde longior etiam de pede ab eo tractatio fit,quàm de manu.quippe cum quæ communia cum manu habet pes,prius commemoret:deinde quæ propria,deinceps ſubiungat.Prima igitur pars palmę octo,palma ipſa quatuor,digiti tribus ſinguli oſsibus conſtituuntur:vt omnia manus
B oſſa ſeptem & viginti ſint.at in pede digitorum oſſa quatuordecim habentur: duobus enim tantum magnus eius digitus conſtat.quinq; plantam explent: atq; ita ſimul omnia totidem quot in manus palma et digitis,id eſt decem & nouem ſunt.nam licet palma vno oſſe à planta ſuperetur: digiti tamen manus vno oſſe digitos pedis excedunt: atq; iccirco vtręq; partes pedis vtriſq; manus partibus pari oſſium numero adæquantur.Præterea in manu prima pars palmę octo conſtat oſſibus: in pede prima pars plantæ ſimul cum calce & talo octo etiam ipſa oſſa habet. Ac calcis quidem os maximum omnium, quæ in extremis his membris reperiuntur, & talo & tibiæ ſubſtratum,totum fermè,quando ſtamus,corpus ſuſtentat: ab anteriore vero parte cum teſſerali ſeu quadrato oſſe, quod κυβοειδὲς dicunt, dearticulatur: quemadmodum tali caput cum nauiculari, quod σκαφοειδὲς nuncupatur: quibus vtriſq; alia quoq; oſſa,quæ in prima præcipua parte plantæ ſunt.dearticulatione annectūtur. Et ſiquis velit talum pedi attribuere,in vtraq; extremitate mēbrorum, id eſt tam in manu, quàm in pede,idem numerus oſſium reperietur: vt modo docendi, non ipſa rerum natura inter ſe diſcordes ſint,qui viginti ſeptem eſſe in pede oſſa,& qui ſex & viginti eſſe tantummodo aſſerunt.ſi enim pedi talum aſcribas,ſeptem & viginti:ſi eum à pedis numero auferas, ſex & viginti oſſa tantū erunt.Hac de cauſa igitur recte dixit/Pes hominis ex mul-
C tis & paruis oſſibus,non ſecus ac ſumma manus,cōſtat/ vtpote ad eos ſermonem habens, qui introducuntur, & diſſectionem iam viderunt, atq; in memoriam eis reuocās ea quæ ad præſentem rem vtilia iam didicerunt. Non enim ſcire tantum oportet ex multis & paruis & duris oſſibus vtranq; ex his partem eſſe conſtitutam, ſed inſuper & figura & magnitudo ſingulorum & reſpectus,quem cū vicinis habent,quæ poſitura appellatur,memoria repetēda eſt: vt cum ex propria ſede aliquod ex his oſſibus exciderit,prompte ei occurrere valeamus.

9 *Frangi autem non admodum oſſa hæc conſueuerunt, niſi vnà cum corpore ab acuto aliquo aut graui vulnerato. ſed vulnerata vt curanda ſint, in vlcerationum loco dicetur.*

Χρῶτα, quod hic corpus dictum eſt, Ionesappellant, quicquid carnoſum corporis noſtri eſt: in quo maxime genere cutis & muſculi ſunt: deinde membranæ & viſcera.at oſſium genus χρῶτα non vocant,ſicut neque chartilagines,neque copulas.ita quoque Homerus vſus nomine hoc videtur fuiſſe,vbi inquit, Semper erit firmum generi ipſi corpus,& acre. & alibi.

« Ne flens ipſa ſibi corpus laceraret honeſtum.

In antedictis igitur membris,quæ ſunt pes,& manus,non admodū frangi oſſa ſolere abſcq; vlcere
D inquit:quod.n.ait vnà cum corpore vulnerato,idē ſignificat,ac ſi cū vlcere dixiſſet: nec̄ refert in præſenti oratione vlcus'ne an vulnus dicatur. In manu autem & pede carnis pauciſſimū, ſicut in brachio & femore quamplurimum eſt.quocirca cum extrinſecus aliquid in manū et pedem incidit,quod confringere oſſa ipſorū queat:partes hæ facile patiuntur. Fractionis.n.oſſium quatuor maxime generales cauſæ ſunt.nam vel aliquid eſt quod contundere poteſt, ſi vehementi impetu deferatur.id autē proculdubio corpus aliquod eſſe debet,quod durum ſubſtantia ſit, & mole nō exiguum.vel aliquid quod non cutem ſolum,vel quod aliquid etiā quod ſubeſt cuti vſq; ad oſſa, ſed quod oſſa etiam ipſa diuidat:quod ſanè malum ipſe Ἵππαρχος,quaſi deſeſſionem dicas,in libro de vulneribus capitis,vocat. Quinetiā ex alto loco deſilientes nonnulli vel tibiæ, vel femoris os fregerunt,quæ ſiccíora ipſis,nec̄ admodum denſa fuerint. nā in paleſtra nos quoq; vidimus ex circūtortione,hoc eſt κατάπτωσιν.ita enim clare dici poſſet,fracturā contigiſſe,in quodā,cui cum fracta eſſet tibia vnà cū ſura magno cū vulnere oſſa denudata ſunt.Fractura enim ea euenit,cum tibia crurí aduerſarij luctantis per tranſuerſum fuiſset ſubiecta ita, vt vtraq; eius capita & iuxta pedem & iuxta genu deorſum violenter deprimerentur: id quod in lignis quoque quæ à nobis ipſis circumtorquentur,videre licet. ſi enim ligna aliqua ſupra femur noſtrum impoſita ex vtroque capite deorſum vehementer manibus vrgeamus, frangi ea in media parte cernemus.

Quemadmodum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Quemadmodum igitur neq; magnum neq; E
validum,sed paruum & imbecillum lignum cir
cumtorquere ac frãgere hoc modo solemus: ita
si os infirmum sit natura, simili luctatione atq;
operatione medium dirumpi cõsueuit. At talis
modus fracturarum in ossibus,quæ in extremis
longorũ membrorum partibus sunt, nõ contin
git,neq; si ex alto desiliant, neq; si in terram de
ferãtur, neq; si violenter pedẽ diuellant. huiusmodi enim ictibus copulę potius ossium, q̃ ossa
ipsa frangũtur: id quod ipsis cũ ob paruitatem,
tum ob duritiẽ magis euenit. Adde q̃ neq; extrinsecus aliquid vehementer ipsis impingens,facile ea potest confringere, nisi & durius ossibus
ipsis sit,& magnitudine satis amplum.eiusmodi enim cum est,neq; cuti parcit, quẽadmodũ neq;
cum acutum est,quod percutit. nã etiam id prius secat ac diuidit quod ossibus superiectum est, q̃
ipsa attingat.vnde merito dixit ossa hæc absq; vlcere non admodum frangi.quoniam vero de fra F
cturis cum vlcere in sequentibus tractaturus est,horum sermonem in eum locum differt.

Si vero quid è sede sua motum fuerit, aut digitorum articulus, aut aliud aliquod os primæ partis plantæ, pellendum vnumquodq; in suam sedem est,sicut & ea quæ in manu sunt. 10

Non quia prædixerit aliquid de ossibus, quæ in manu sunt,nunc ait/ sicut & ea quæ in manu
sunt:sed perinde ac si ita dixisset,pellendum vnumquodque os pedis in suam sedem est, & simili
modo etiã in manu faciendũ est. Legitur autẽ in nõnullis/ pellẽdũ/in alijs depellendũ.i.deorsum
pellendum.nam reponendum in propriam sedem os esse inquit, quod motum fuerit. Mouetur
autẽ os,cum quę ipsum cũ vicinis colligant copulę,abruptæ fuerint:sed nõ omnes tamen,quę os
circum circa continent,abrumpũtur.raro.n.prorsus id fit, vt relicta tota sua sede os læsum ad cu
tem resiliat:& maxime si laxa sit,vt moti ossis impetui resistere nequeat.,pterea enim in inferio
rem pedis partem prominere motum os plerunq; non solet,quia crassa & dura cutis ibi est, quod
vestigium vocatur.sed ob id quoq;,quòd quæ ictum inferunt,ex superiore parte ferè semper pe
dem percutiunt.tunc enim tantummodo in inferiorem partẽ os prolaberetur, si ex alto loco de
siliens homo in asperas admodum aut acutas prominentias pedem impingeret. Quæ igitur vn- G
decũq; absoluta penitus sunt ossa,cum è sede sua siue sursum siue deorsum excesserint, reponi in
sedem difficilius queunt.nam licet id fiat,quod raro prospere succedit, semper tamen laxã sedem
habent.si enim rursus vehementius moueantur,cum copulas,quæ ipsa contineant, amplius non
habeant,erumpent. At quæ ex parte copulis sunt annexa, ex parte soluta, perinde ac si abrupta
sint,prominere consueuerunt:ea extento toto pede depellenda in sedem suam sunt.

Medendumq; ei est cerato,& plagulis,& linteis non secus ac fracturis:omissis tamen ferulis eodem modo comprimendo,& tertio post die deligando.interrogetur item ille qui deligatur similiter ut in fracturis,constrictá ne an laxa deligatio sit. 11

Qualem curationem adhibere in fracturis iussit,talem nunc quoq; in manu & pede si motum
os fuerit,tibi esse faciendam inquit. Nam & ab extensione incipere debemus,quo reponere ossa
dimota valeamus: & vbi reposuimus deligare, eadem cura habita, vt absq; inflammatione pars
ea seruetur,constrictumq; os repositum linteis detineatur.Hæc autem fieri recte non posse superius demõstratum est:nisi sanguis,qui in affectis partibus est,ad initium & finem membri exprimatur:néue alius eò affluat,prohibeatur.Præterea totam deligationem,quæ fracturis adhibetur, H
exceptis ferulis,faciendam nobis censet: propterea quòd partis natura quæ curatur,appositionẽ
harum non admittit.quippe cum plana esse debeat superficies partium,quibus applicandę ferulæ sint.cuiusmodi prima pars plantæ pedis minime est.

Sana autem in viginti diebus perfecte omnia fiunt:nisi ea quæ cum ossibus tibiæ cõmunicationem habẽt, etiam ipsa processione.confert vero vt per hoc tempus cubent:sed non tolerant.quin contẽnentes morbum prius obambulant,quàm conualuerint.ob id fit, vt plerique non integre conualescant, sed sæpe labore cõmonefiant,neq; id iniuria. Nam cum totum corporis pondus pedes vehant,quando nondum sani ingrediuntur, ægre consanescere articuli qui moti sunt,possunt:ac propterea interdum dolent quæ iuxta tibiam sunt,quæ vero cum tibiæ ossibus communicant, maiora alijs sunt:& cum dimota sunt,serius consanescunt.curatio tamen eadem est. 12

Cum ossibus tibiæ inquit, de tota tibia videlicet intelligens. ipsa processione autem è directo
significat: id quod cum in multis sæpe dixit, tum vero inferius ter eodem loco hoc nomine de-
inceps vtitur,vbi de tibia agit, cum inquit.Femoris enim caput superiorem corporis partem su- »
stinet: idq; in interiori parte cruris, non in exteriore est, sed ex anterioris tibiæ partis processio- »
ne: tum reliqua corporis dimidia pars huic magis processione appropinquat, quàm exteriori. »

Adde

A Adde quòd quod est intrinsecus,crassius est,quàm quod extrinsecus.quẽadmodum etiam quod
in cubito est,ex processione parui digiti tenuius est,& longius.

13 *Linteisq; pluribus & plagulis vtendum est.*
Consuetum est,vt reposita ossa in sede sua permaneant,lintea & plagulas adhiberi:præsertim,
si locus ob inæqualitatem ferularum appositionem non admitta t.

14 *Et plerunq; hinc & inde deligandum, comprimẽdumq; sit reliqua omnia:ea parte maxime, qua motum os est. primasq; circunuolutiones linteorum eodem modo faciendum.*

Superius iussit in fractorum ossium inclinatione, si in dextram prolapsa sint, in sinistram nos
propellere ac retorquere: si in sinistram,è contrario in dextram reducere. in pedibus vero æqua-
lis plerunq; facienda deligatio est:quia in eis ossa,quæ è propria sede exciderunt,non in latus,sed
vel sursum,vel deorsum ferri consueuerunt.

15 *In singulis autem resolutionibus multa calida aqua fouendum est.in omnibus enim noxæ circa ariiculos multa aqua calida perfundendæ.at compressiones & laxationes ijsdem temporibus eadem signa exhibeant,quæ etiam superius.tum religationes eodem modo fiant.hi autem in quadraginta maxime diebus sani perfecte euadunt,si cuba*
B *re voluerint.sin minus,ea quæ & prius dicta sunt,& magis quoq; patiuntur.*

Vbi mitigari dolorem, laxariq; intentionem corporum vult, ibi plurima aquæ calidæ perfu-
sione vti præcipit.id quod præcipue in huiusmodi affectionibus circa articulos faciendũ est,quæ
& neruosiores,& ossea magis partes sunt:vt & ab inflammatione collidantur,& maiorem dolo-
rem eo q̃ neruosiores sunt,sentiant.Noxas autem, id est σίνη, nocumenta & læsiones vocat. nam
& σινεσθαι nocumento affici,ac lædi appellat.

DE CALCE.

16 *At vero quicũq; de alto desilientes calce vehementi impetu firmati sunt,ijs ossa distant: & venulæ carne circũ os cõtusa exuccantur:tuomq; supernenit,& dolor multus.os enim id paruũ nõ est.& ex directo tibiæ prominet.*

Exuccari venas inquit, dum vult significare effundi extra succum qui in eis continetur, id est
sanguinem,ac fugillari.id quod fit cum tunica ipsa contusa est. Quæ enim contunduntur corpo-
ra,vnionem naturalem amittunt multis ac paruis partibus ipsorum discerptis, è quibus etiã san-
guis vndequaque effunditur. at effluentem hunc sanguinem loca circum venam excipiunt. atq;
C vbi exceperunt,talem,qualis à principio erat,minime conseruant. nam mora quadam ibi nigre-
scit:perinde ac si foras effusus inueterasset. contingitq; affectio ea quæ θρόμβωσις, id est concretio
sanguinis,nuncupatur.ex qua quidem affectione sanguis ipse, θρόμβος, id est concretus sanguis,
& est,& dicitur:tum niger etiam colore fit,atq; inde etiam praue putrescit.Sed hęc quidem exuc
catis & fugillatis grauissima contingere non possunt,si à natura superatus sanguis,mntetur: sicut
fit in inflammationibus,quæ ad maturitatem perueniunt:siq; in pus cõuertatur. Vt autem natu-
ra,quæ in partibus insita est,sanguini dominetur,duobus his studendum est:alteri,ne inflamma-
tione laborent partes:quod quomodo fiat,superius didicimus:alteri, vt interfusus sanguis discu-
tiatur,atq; elidatur.Hæc igitur spectans Hippocrates particulatim deinceps omnia præcipit. Di-
stant,inquit,ossa eorum qui ita desilierint,ac diducuntur,abruptis videlicet,quæ ipsa cõnectunt,
copulis:quemadmodum paulo ante de ijs,quæ in prima parte plantę sunt ossa,dicebamus. Calci
autem à superiori parte talus annexus est: ab anteriore quod κυβοειδὲς, id est tesserale seu quadra-
tum,appellatur:quemadmodũ talo ab anteriore parte id dearticulatur, quod nauiculare seu σκα-
φοειδὲς dicitur. his vero vtrisq; quadrato, & nauiculari quatuor primæ partis plantæ ossa conne-
ctuntur. De quibus quidem omnibus ossibus tam pedis, quàm manus in commentario de ossi-
D bus satis demonstratum est.

17 *Communicationemq; habet cum venis & neruis opportunis. tendo etiam posterior huic ossi annectitur. hi cerato,& plagulis,& linteis,aqua item plurima calida curandi sunt.his inquam, & linteis pluribus vtendum est, præter hæc alijs insuper est opus quàm optimis,& leniss imis.*

Ossi calcis,inquit,communicationem nerui magni habent: id enim ei hic significat opportu-
num,sicut etiam venæ non paruæ.connectitur item posterior tendo,qui ex musculis carnosæ po
sterioris tibiæ partis producitur. De his quoq; & in dissectorijs tractationibus, & in dissectione
musculorum satis dictum iam est. oportetq; ea probe didicisse vnumquenq;, qui percipere hæc
vult,quæ hic ab Hippocrate traduntur.

18 *Et si mollis forte cutis natura circa calcem fuerit,ita sinendum.sin crassa & dura,ut nonnulli habent,incidendum æqualiter,atq; attenuandum,ita tamen ne vulneratio efficiatur.*

Cum prædicta affectio circa calcem, atque annexas partes accidit, periculum est ne & dolo-
res magni,atque inflammatio non parua consequatur. Ossibus plena enim loca ea cum sint,neq;
ex quibuslibet ossibus,sed admodum exiguis coarticulata, si parua aliqua ibi contingat inflam-

matio,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

matio,ſit,vt magni dolores ex compreſſione excitentᵉ. Adde ꝙ innexus calcᵉi tendo ſatis magnus E
cū ſit,ſi inflāmetᵉ in diſcrimen venit,ne cōuulſione corripiatur. nerui item magni hac parte cōſtituti ſunt,qui oſſa attingunt:quēadmodū in neruorū diſſectione didiciſti. Quocirca cum alia,quę
ad curationem ſpectant,diligenter adminiſtranda ſunt & in victus tenuitate,& in copia perfuſae aquę:tū cutis inferior pars,quę veſtigiū dr̄,incidēda eſt:atq; id moderate ita,vt in quibus dura eſt
cutis,inciſionis altitudo duritia ipſa terminetᵉ.adeo.n.in nonnullis pars ea occalleſcit,vt ne minimū quidē ſanguinis profluere inde poſſit,niſi alte admodū ſcalper adigatᵉ.Illud igitᵉ veſtigiū incidendū eſt qd' ſanguinē non effundit:illi parcendū,qd' vbi primū incidimus,cruentari conſueuit.
afficitᵉ.n.dolore dū inciditᵉ.At neq; duritia illa cutis abſolute ita ſecari debet,ſed plane atq; ęqualiter.vt autē ęqualiter ſeces,tria tibi obſeruāda ſunt. lōgitudo inciſionis,altitudo, & tertio loco interuallū.nā & æquales longitudine & altitudine inter ſe inciſiones faciēdæ ſunt,& æquali quoq;
interuallo inter ſe diſtātes:vt totū ſimili mō veſtigiū inflāmationis tpe abſq; moleſtia extēdatᵉ.ſcimus.n.oīa q̄ inflāmatione afficiuntᵉ,diſtēdi ſolere:diſtētiones vero ſicut dolores creare: ita quoq;
inflāmationes ipſas augere,& cōuulſiones,puocare. Quēadmodū igitᵉ multa aquæ calidæ pfuſio adiecto copioſo oleo cū diſtentionē remittat,magnope adiuuat: ſic inciſiones faciēdas excogitauit,q̄ ad tantā altitudinē deſcendāt,vt ſanguine tū p̄ditā cutē nondū attingāt. Vtiliter.n.admodū F
leues has cutis inciſiones cōmētus eſt. qppe cū in alijs quoq; partibus, cū magna aliqua inflāmatione infeſtantᵉ,ſcarificare cutē cogamur:partim vt aliqd ex affluētia ſanguinis,q̄ in inflāmatione
eſt,demamus:partim vt ſpirationes,pcuremus:atq; inſup diſtētionē ſoluamus,q̄ ex inflāmatiōe extiterat. At in pede magis quoq; ad ſcarificandā cutē deueniemus, etiā ſi nōdū inflāmatio occupariᵗ:ppea ꝙ ea duriſſima cū ſit,extēdi in inflāmationibus nō pōt. quocirca cū diſtēditᵉ, & dolore
vehemēti ipſa afficitᵉ, & diſtētione adiūctas partes, & p̄cipue tēdonē annexū collidit, qui ex vna muſculi vnius carnoſæ poſterioris tibię partis neruoſitate exoritᵉ:q̄ ſi in dolorem & inflāmationē
incidat,p̄culū eſt ne toti muſculo eadē imptiat.at ſi id fiat, conuulſionē ſequuturā eſſe veriſimile eſt.Ob hęc igitᵉ oīa debet veſtigiū incidi,ac deinceps attenuari.i.tenue effici,id qd' efficitᵉ cū & duritia eius mollitᵉ,& copia detrahitᵉ.q̄ vtraq; olei & aquæ multæ calidę perfuſione cōparanᵉ, ſi poſt
eam ante deligationem oleo inungamus,quod tamen nulla aſtringendi vi p̄ditum ſit.

Bene autem hæc deligare non eſt cuiuslibet.nā ſiquis deliget,ſicut cętera circa malleolos cōſueuere:ita vt modo circum pedem,modo circum tendonem faſciam conuoluat:hæ conſtrictiones calcem ſeparant,cui contuſio accidit. 19

Bene,id eſt ἀγαθῶς, pro pulchre, quod καλῶς dicitur, & auctor hic & alij veteres ſæpenumero G
vſurpant. deligandum eſſe circa calcem cenſet, ſicut in fracturis ſolet, eos reprehendens qui ita deligant,ſicut ſæpe conſueuimus,cum vel medicamenta aliqua,aut cataplaſmata,aut inſuccationes contineri ſupra affectum locum volumus. Modus deligationis quem damnat, talis eſt. Initio faſciæ obliquo iuxta malleolum iniecto diſtributio in inferiorem partem pedis fit ante prominentem tibiæ extremitatem, quam talum vulgo appellant. atque inde rurſus ſub pedis veſtigium per tranſuerſum traducta faſcia, ac totum pedem vſq; ad oppoſitam partem complexa ex



iferioribus & anterioribus tali partibus ſurſum obliqua reducitur eum ipſum attingēs, quemadmodum prius etiā quādo deducebatur. atq; ita dum eadē diſtributione vtimur, neceſſe eſt, vt in anteriore parte pedis decuſſatiōe facta ſibi ipſi faſcia cōcurrat ad X literę figurā.tū inde circūuoluta iuxta malleolum ad eūdem locum vnde inceperat, defertur. ſicq; iterum ijſdē his obductionibus, quas dixi,conuoluitur, quoad H
ad principiū reducatᵉ. ac tertio quoq; eodē mō diſtributa,ac malleola circūducta initiū repetit.

Nonnulli tamen vbi ſub veſtigium per trāſuerſum inuoluerunt, non ſtatim eam oblique ad malleolum ſurſum reducunt: ſed prius orbiculari cōuolutione ad primam partem plantæ, id eſt παρσὸν : quemadmodum alij ad malleolum orbiculariter circunducunt, vt obliquæ faſciationes à circularibus comprehendantur.

Quæ igitur hic fieri ſolent conuolutiones faſciarū huiuſmodi ſunt, quæ antedictis affectionibus minime ſunt accommodatæ: propterea quòd neq; aliud quippiam ante faſcias ſubijcitur, quod continere deligatio debeat: neque calx læſione vacat, vt in illis in quibus deligatio

Atio hæc admittitur: ſed primus ipſe, affectus eſt. Quare hic deligationis modus calcem ſeparat, id eſt in calcem ipſum ſanguinem elidens, eum à deligatione excludit: cuius contrarium erat faciendum, vt ſcilicet deligatio è calce in vicina loca ſanguinem exprimeret. id quod circunſectio linteorum ſola ea facit,quæ fracturis accommodata eſt,vt ſuperius didicimus: qua nunc quoque vtendum eſſe cenſet.

20 *Atque ita periculum eſt ne os calcis ſideretur.*

Totam ſubſtantiæ vniuſcuiuſque partis corruptionem ſideration̄, id eſt σφάκελον, veteres appellant: ſed in partibus carnoſis alijs quoq; nominibus eandem vocant. Quin ipſe etiam tum putridam carnem, tum marcidam, tum vitiatam dicit,alijſq; huiuſmodi nominibus nuncupare cōſueuit: de oſſe vero quod in tota ſubſtantia vitiatur,ſideratione ſeu ſphaceli nomine vti ſolet. tale autem vitium oſſibus contingit, quando adiacens caro prauas ſanies producit, quibus ipſa madefaciendo corrumpit.

21 *Quod ſi ſideretur,morbus is idoneus eſt vt æuo duret.*

B Aetum totam hominis vitam hic dixiſſe perſpicuum eſt,eſtq; ſenſus huiuſmodi: Si calx forte ſideratus ac vitiatus fuerit,inſanabilis morbus euadit, læſioq; ex ea re toto vitæ tēpore perdurat.

22 *Nam & alia quoq; ſunt,quæ non hoc modo ſiderātur,ſed in cubatione, vt cum nigreſit calx ex figurationis negligentia:aut ex vulnere periculoſo & diuturno in tibia, aut femore, quod communicationem cum calce habeat: aut ex alio morbo,cum diutina reſupinatio contigit. ſed tamen his quoque huiuſmodi vitia longinqua & moleſta eueniunt,& quæ ſæpe rumpantur:niſi diligenti ſtudio,& multa cum quiete curentur. nam quæ hoc modo ſideran tur,præter aliam læſionem,pericula quoque magna corpori afferunt.*

Non modo inquit, ex antedictis affectionibus os calcis vitiari conſueuit: ſed diuturnis quoq; cubationibus,quas reſupinationes vocat.Nam negligenter collocatus & iacens calx ſępenumero nigreſcit:negligenter autem iacet,cum ſupra durum aliquod poſitus eſt, nec frequenter attollitur,ſed ſemper à ſubiecta re & calefit,& compingitur. Vnde tollēdus eſt,faciendaq; è lana molli rotula,quam ſtrophium nonnulli vocant, quæ pro ratione magnitudinis calcis ſinum in ſe habeat:ſupraq; eam firmandus ita calx eſt,vt inferior eius pars ſuſpendatur: atq; ita & ſine colliſio-
23 C ne maneat,& perſpiret,& ſine calefactione conſeruetur.

Febres peracutæ eueniunt,continuæ,tremulæ,ſingultuoſæ,mentē attentantes,paucorumq; dierū,& perimētes.

In ſideratione calcis hæc contingere inquit,non quia os ipſius corrumpatur: nihil enim ex ſuperioribus ſimul cum hoc exiſtit,cum ex ſua quodq; ratione formam propriam habeat: ſed quia quæ circum ipſum ſunt corpora, ipſumq; tangunt, annexaq; ei ſunt, cum ex vitio eius læſionem percipiant,ſuperioribus partibus eam participant.Nam tendo,qui cum calce connectitur, inflāmatus muſculos totos carnoſæ poſterioris partis tibiæ, ex quibus oritur,contagione mali procul dubio afficit.hi autē affecti,in neruos ſtatim qui in eos diſperguntur,morbū diffundunt,necnon etiā in arterias. at cū arterijs cor, cū neruis cerebrū pati neceſſe eſt. Quocirca cū cor innati caloris fons ſit, cerebrum rationandi vim in ſe habeat, muſculi membra voluntarijs,quæ vocantur motionibus moueant:conſentaneū eſt,vt ex corde affecto febris:ex cerebro delíria: ex muſculis tre-
24 mores & conuulſiones: ex ſtomacho qui plurimum neruorum eſt particeps,ſingultus oriantur.

Venarum item ſanguiſluarum liuores,nauſeationes,gangrænæ ex compreſſione exiſtunt: atq; hæc etiam abſq;
D *alia ſideratione.hæ autem quæ vehementiſſimæ contuſiones ſiunt,dictæ nunc ſunt. ſed pleraque leniter contundun tur,neque vllum multum meditationis ſtudium requirunt,modo recte tractentur. vbi tamen magna contigiſſe illiſio videbitur,& antedicta facienda ſunt.*

Sanguiſluas venas eas appellat,quæ magnæ ſunt, quibus ruptis ſanguinis eruptiones contingunt:id quod ex paruis euenire non cōſueuit. nam & paucus ex huiuſmodi ſanguis effunditur, & cito ad oras ipſas diuiſiones coaleſcit, nocumentumq; non affert. Nauſeationes autē.i.ναυσιώσεις ferè appellat in venis,quas ſuperius exuccationes,hoc eſt ſugillationes vocauit: cū venę more eorum qui nauſeam patiuntur,& propterea euomunt,ſanguinem expuunt, ac quaſi euomūt, tum ex propria imbecillitate,quam ex inflammatione contraxerunt,tum ex ipſius ſanguinis copia,& prauitate,quem in huiuſmodi affectionibus corrūpi manifeſtum eſt.ναυσιῶν.n.pro ναυτιῶν id eſt nauſeare Iones dicunt. vnde ναυσιώσεις. Gangrænas vero emortuarū venarū torporem nominat,qui ex nimia inflāmatione cōſequitur. Atq; hæc omnia,inquit,ex praua deligatione eueniunt,quę duo præcipua mala efficit:cum & ſeparet calcem atq; excludat,ita vt nudus remaneat: & reliquas partes vehementer comprimat.Meditationem autem,hoc eſt μελέτην ipſum diligentiam appellare manifeſtum eſt:cum apud Ionas vſitatum hoc ſit:& ipſe etiam ſępe hoc nomen in hanc ſignificationem accipiat.

Et

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Et deligatio adhibenda, quæ calcem plurimum circũuoluat, & modo ad ſummas partes pedis, modo ad medias, E 25
modo ad tibiam lintea circunder. Vicina quoq; omnia inſuper & hinc & inde deliganda ſunt: ſicut ſuperius etiam dictum eſt. nec Vehemens compreſſio eſt facienda.

Deligationem approbat, quæ contraria ei eſt, quam ſuperius damnauit, pleriſq; conſuetæ: qua fiebat, vt ex alijs pedis partibus ſanguis ad calcem exprimeretur. debet enim è cõtrario è calce ad alias partes humorum affluctia elidi, calce ipſo deligato, ſicut in fracturis prius faciendũ docuit, pleriſq; linteorum conuolutionibus ei circũiectis: ita tamen ne vehemens compreſſio efficiatur.

Multis tamen linteis Vtendum eſt. 26

Stabilitatem deligationis vel compreſſione, vel multitudine linteorum cenſere eſſe faciẽdam, dictum à me etiam ſuperius eſt.

Melius autem eſt Vt Veratri potionem, aut eodem die, aut poſtero exhibeamus. ac tertio poſt die ſoluamus, & 27
rurſus religemus.

Veratrum exhibet non ſolum vt excrementitios humores euacuet, verum etiam retrahendi F
atq; auertendi cauſa. Album enim proculdubio dat, quod vomitus ciet, vt prius ex toto corpore in ſuperiorem ventrem attrahat, quàm in inteſtinorum anfractus deferatur. Nam album eſſe id, quod dandum cenſet, ex his, quæ ſubdit, innoteſcit, cum inquit/Sed ſi febre quidẽ vacat, medicari eum è ſuperiori parte debemus, ſicut dictum eſt/At enim in ijs qui ita ſunt affecti, ſicut & euacuare ſuperuacua, & in cõtrarias partes ab affectis locis humores auertere, quã maxime prodeſt: ita an id veratro albo faciendum ſit, non conſtat. quippe cum ſtrangulare interdum ſoleat, cum in corpore multi, & craſſi, & lenti humores continentur. iccirco prius diſſoluendi hi ſunt attenuã te victu, de quo integrum noſtrum commentarium habes. exhibere enim veratrum prius quàm victu corpus præpararis, periculoſum eſt: cum in pleriſq; qualibus humoribus abundet corpus, ignoretur. Sed fortaſſe tutò tunc veratrum album exhibebat, ob victum, quo homines qui ab eo curabantur, vti conſueuerant, non voluptuoſum, & mollem, ſed et multis laboribus occupatum, & cibis contentum pauciſſimis, ita vt craſſitudo humorum colligi minime poſſet: quã otia & repletiones procreare certum eſt. Nam ſi robur quoq;, quod ex eo victu comparabatur, conſideres, adhuc magis veratri potionem tradere ei cõcedes: quippe cum eius tempeſtatis homines afflictationibus reſiſtere valerent, quæ ex vomitibus proueniunt. G

An recrudeſcant nec'ne notæ hæ ſunt. cum ſugillata Venarum, & nigrefacta, & Vicina his ſubrubra & ſub- 28
dura efficiuntur, ne recrudeſcant periculum eſt.

Maligna vitia recrudeſcentia, id eſt παλίγκοτα, appellat. & recrudeſcere, quod eſt παλιγκοτᾶν, quaſi rurſus crudum fieri, atq; in priſtinam malignitatem quippiam redire, ac rebellare. Notas te docet malignitatis propoſitorum affectuum, de quibus eſt ſermo, quę ortum inflammationis præ ſe ferunt, qui ante omnia cauendus eſt. Cum igitur inflammatio omnis rubicundiorẽ, & duriorem cutem efficiat, neutrum horum fieri in affectis locis debet: ſed mollia eſſe, ac ſubuiridia ſugillata oportet. vult enim vt ſine inflammatione ſuppurent. Quare, ſi mollities ineſt membris, & rubor abeſt, non eſſe inflammatum locum ſignificãt. ſi autem neque ruborem, neq; nigritudinem habeant, ſuppurare manifeſtum eſt. rubor enim inflammationem indicat: nigritudo materiam à natura neq; ſuperari, neq; concoqui: ſed ſanguinem in coagulationẽ abijſſe: quod ei etiam ſi extra corpus effuſus fuerit, immoranti cõtingit. ſed extra tamen, nunquam amplius ſuppurat. in corpore, ſi valida fuerit natura in pus cõuertitur: ſin minus, eodem modo ſicut extra: quin etiã magis, propterea q̃ locus in quo continetur, calidus eſt, putreſcere conſueuit. H

Sed ſi febre quidem Vacat, medicari eum è ſuperiori parte debemus, ſicuti dictum eſt: quicunq; item continua fe- 29
bre non laborant. nam ſi continua ſit, medicandum non eſt: ſed à cibis & ſorbitionibus abſtinendũ: potioneq; Vten-
dum, aquæ, non Vini, ſed melle.

Mos ei eſt, vt φαρμακεύειν, id eſt medicari, non de omnis medicamenti exhibitione intelligat: ſed de eorum tantummodo, quæ purgãt. Iuſſit nunc eodem die, aut poſtero dari veratrum prius quàm videlicet aut partes affectæ inflammari, aut homo febricitare incepiſſet: quin etiam ſi febris anteuertiſſet, modo leuiter afficeret, eodem modo exhibendum eſſe cenſuit. nos vero ne febre quidem vacuo dare veratrum audemus. Si febris autem vehementer infeſtet, ipſe etiam non dat: ſed exquiſitiſſimo quoque adeo victu ægrotos nutriendos monet, vt eis neque cibos, neque ſorbitiones vllas exhibeat: ſed ſola potione vti velit, non vini illa quidem: id enim perſpicuum eſt, etiam ſi ipſe nihil de vino prohibendo ſcripſiſſet: ſed melle, quæ eſt aqua mulſa auſtera, quæ ὀξυγλυκὴς dicitur, & aquæ mulſæ. hos enim potus in tenuiſſimo victu adhibere conſueuit: & tertium quoque præter hos acetum mulſum: quod ex melle & aceto conficitur. at mella dulciſſimorum fauorum dilutum & decoctum eſt: quod etiamnum in græcia fieri in hunc modum ſolet. fauos

A let. fauos expreſſo melle in ollam mundam aquæ plenam inijciunt, ac macerant: deinde eatenus decoquunt, quoad ſatis ipſis viſum fuerit, vt tanũ humoris em omnem quem in ſe habent, decoctura in aqua deponere potuerint: poſtea ita rẽcondunt, ac ſeruant. vtũturq; æſtate, vt potu ſitim ſedante, aqua frigida adiecta. Hac igitur mella vtendum etiam Hippocrates iubet: & ſi ea nõ adeſt, aqua mulſa. nam acetum mulſum adhibere, cum neruoſæ partes laborant, non expedit. quippe cum acetum neruos attentet, vt & experimento compertum eſt, & ipſe etiam declarauit. In quibus autem vſus aceti mulſi admittatur, in libro de victu in acutis edocuit: quem librum nonnulli aduerſus Gnidias ſententias, alij de cremore hordei, neutri recte inſcribunt.

Si autem futurũ non eſt, Vt recrudeſcãt, ſugillata & nigrefacta, et circũuicina ſubuiridia, & nõ dura appareãt.

Iam hęc poteſtate fuerant ſignificata illis verbis ſuperius cum dixit, cum ſugillata venarum, & nigrefacta, & vicina his ſubrubra et ſubdura efficiuntur, ne recrudeſcant periculum eſt/ſubduris enim & ſubrubris oppoſita nunc ſubuiridia & non dura ſcribit. ſubuiridia enim fiunt cum paulatim in pus conuertitur materia: non dura, cum non magna inflammatione afficiuntur. hæc ſiquidem etiam fuit cauſa, vt interfuſus ſanguis in pus conuerteretur.

B *Bonumq; hoc teſtimonium eſt in omnibus ſugillatis quæ rebellatura non ſunt.*

Bonum dixit eo ſignificato quo certum, ſtabile, verum, & perpetuum. Teſtimonium vero pro ſigno poſuit, propterea quod teſtificatur, & opinionem noſtram, quam in præſenti hac ſcriptione nos docet Hippocrates, confirmat. Inquit autem hoc certum eſſe ſignum non ſolum in ſugillatis circa calcem, verum etiam in alijs quoq; omnibus: atq; id merito. non enim ex indicatione horum membrorum, ſed ex ipſa ſugillatione cognoſcitur. periculum igitur non æquale ſugillatorum malignitas affert: quippe cum ex membrorum natura in quibus fiunt, varietas quædam ipſorum exiſtat. Exortum tamen non ex membris habent: ſed ex eo quòd ſanguis interfuſus nõ ſuppurat. nõ ſuppurat autem ſanguis, cum inflammatio magna ſuperuenit, aut ex prauitate deligationis, aut ex humorum malignitate & multitudine: quam ipſe quidem exinanitione per medicamenta, nos ſanguinis miſſione emendamus: qua quidem vel ſola cur contentus non ſit, non video, cum & eam agnoſcere, & talibus in affectionibus adhibere videatur. inquit enim in libro de articulis cum contuſiones coſtis accidentes curat, præter alia, quæ facienda cenſet, etiam hoc: Tum vena ad cubitum ſecanda eſt.

C *At quæcunque cum duritia liueſcunt, ne nigreſiant, periculum eſt.*

Sanguis in terram effuſus aliquando diutius permanet, aliquãdo flauior euadit, aliquando in nigricantem conuertitur, quandoq; etiam niger prorſus fit: quod ei contingere veriſimile eſt, cũ ex aere ambiente, qui vel ſerenus, vel caliginoſus, vel humidus, vel ſiccus, vel calidus, vel frigidus cum ſit, varietates eas colorum efficit: tum ex ſingulorum hominum natura potiſſimum diuerſitatis huius cauſa exiſtit. quippe cum nonnullis ſanguis magis melancholicus ſit, alijs pituitoſior & aquoſior, quibuſdam eiuſmodi, vt flauæ & pallidæ bilis quãplurimum trahat. Sic quoq; in animalium corporibus ſanguis è venis effuſus, cum à natura ſuperatur, & in pus à continentibus eum partibus mutatur: in varios abit colores. interdum enim eo tempore liuidus apparet: propterea quòd liuidus color medius eſt inter planè nigrum, & aliquem alium ex floridis, cuiuſmodi eſt præcipue ruber & flauus. Liuidus igitur hic color, vel ex floridis in nigrum abeuntibus exurgere conſueuit, vel ex nigro in album cedente: quando videlicet in pus iam conuertitur. ſæpenumero enim videre licet, quæ antea erant nigrefacta, inter initia puris liuida apparere, ac paulatim à nigro recedentia ad colorem ignis tendere, atq; effici ſubinde albiora: puris ſiquidem color cinereus eſt. Nunc igitur Hippocrates differentiam quãdam ſugillatorum tibi tradit, cum liuida apparent. ſi enim cum duritie ſint liuida, inflammata eſſe membra oſtẽdunt: ſin abſq; durities liuorem præ ſe ferunt, inflammationem abeſſe declarant. Cum itaque inflammatione carent: & naturam eſſe præualidam, & ſanguinem è venis effuſum concocturam, & in pus conuerſuram eſſe indicant: Cum vero inflammata ſunt membra, ex eo infirmitatem naturæ arguũt: quę tum ex imbecillitate partium inflammatarum, tum ex copia prauí humoris, qui in eis cõtinetur, fugillatum concoquere, atque ad pus perducere nõ poteſt, vt nihil aliud ſuperſit, quàm vt nigreſcant, & corrumpantur.

D

Danda Vero opera eſt, Vt paulo altius reliquo corpore plerunq; pes conſtituatur. qui profectò ſi quieſcat, ſexagin-
33 ta dierum ſpacio conſaneſcit.

Si humiliori figura pes collocetur, è crure eò ſanguis influens inflammationem faciet. ſi altior ſit, influere in eum nihil poterit. atque iccirco omnino altius conſtituendus eſt, non tamen multo. quippe cum ex tali ſitu, ſi diutius maneat, dolor, ex dolore vero inflammatio oriatur. Figura igitur, quæ dolore vacet, terminus ſublationis ac finis tibi erit. eam autem inuenies, ſi quando

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

do paulo altius sublatus pes fuerit, æger sibi intendi eum senserit. E

DE TIBIA.

Iam uero tibia duo ossa sunt: quorũ quidem partim multo tenuius alterum altero, partim nõ multo tenuius est. 34

Hæc verba attestari ijs videntur, qui cubitum & brachium, tibiam & femur, non totũ id quod ex ossibus, & reliquis partibus compositum est, sed ossa sola appellari ab Hippocrate asserunt: nõ tamen hanc tantummodo, sed illam quoq; esse horum nominum significationem verba hæc declarãt. Quare fieri potest, vt duplici modo huiusmodi omnia ab Hippocrate appellentur: quemadmodum illi opinati sunt, qui modo de ossibus solis, modo de ossibus & circumiectis omnibus sumenda esse hæc censent: vt tibi tota ea pars nominetur, quæ inter articulum qui ad genu est, & pedem protenditur. quam sanè duobus ossibus constare, quorum alterum tibia, alterum sura nuncupetur: & crassius tibiam, tenuius suram esse: necnõ mediam in toto hoc membro ac carne carentem partem, quæ desuper deorsum in longitudine porrecta in gracilioribus conspicitur, quã ἀντικνήμιον, id est anteriorem tibiæ partem vocant, tibiæ esse non suræ partem, & quæcunque alia de ossibus his cognitu digna, explicata omnia in commentario nostro de ossibus sunt, quod ad eos qui instituuntur, conscripsimus. F

Coniunguntur q; inter se iuxta pedem, & appendicem communem habent. 35

Verbum/commune/quod hic inquit, non ita intelligendum est, vt continuam esse appendicem, atque vnam prorsus significet: sed duas simul ita coniunctas & connexas, vt vnius speciem præ se ferant. ita enim inter se communionem habent appendices, vt vna esse videatur. Partes autem horum ossium postremæ, quæ nudæ eminent forma rotundæ, à nonnullis non recte tali appellantur. nam cohærens tendo talum intus continet ita occultatum, vt & tactui & visui lateat.

Neque ex directo tibiæ coniunguntur. 36

Non coniunguntur duo hæc ossa tibiæ ex directo & per rectitudinem tibiæ: id est per longitudinem non cohærent, neq; attingunt se mutuo ea parte, atq; inter se colligantur.

Iuxta femur vero coniunguntur, & appendicem habent, & appendix discriminationem. 37

Tibiæ caput in dearticulatione genu, quàm suræ multo plenius est: vnde appendix tota tibi G esse tibiæ videbitur. ab exteriore parte autem sura ipsi est subnixa. discriminationem vero habere inquit, prominentiam, quæ in medio est, nerueam & chartilagineam, discriminationem appellans: quæ videlicet femoris tubercula, quæ sese in tibiam inserunt, discriminat ac distinguit. hæc sæpe in inueteratis mortuorum cadaueribus putrescit: vt decipiantur nonnulli, falsumq; ab Hippocrate de ea dictum fuisse existiment: sed in recentibus cadaueribus apparet.

Longius autem alterũ os paulo est, quod est è regione parui digiti, ac natura quidem ossium tibiæ eiusmodi est. 38

Ita ego scribendum censuerim: longius autem alterum os paulo est è regione parui digiti. nam si ita scripsisset Hippocrates, confirmaret appendicem circa genu cõmunem vtrorumq; ossium esse, & non tibiæ solius: & absolute longius os suræ, non in inferiore tantũ parte esse intelligeret.

At enim prolabuntur iuxta pedem vtraq; interdum ossa vnà cum appendice: interdum appendix tantum dimouetur: interdum alterum tantum os. 39

Nonnulli medici luxari vel exarticulari, id est ἐξαρθρεῖν, de ossibus intelligendum putant, quæ H è sede sua penitus excidunt: prolabi vero de ijs tantum, quæ subluxantur, quod παραρθρεῖν dicunt: id est quæ non prorsus è naturali dearticulatione excidunt. & non aduertunt quid in principio libri de articulis dicat Hippocrates in hunc modum: Humeri autem articulum vno modo prolabi » in alam videlicet noui. totum enim brachij caput è sinu, in quo dearticulatum est, excedit. neque » esse in eo minor luxatio potest. quemadmodum ipse Hippocrates scripsit, causa etiam adiuncta: quam cum ad eum librum peruentum fuerit, ibi discemus.

Hæc tamen molestiam minorem afferunt, quàm quæ in prima parte palmæ manus sunt, si homines quiescere patiuntur. curatio vero eadem quæ in illis est. nam ex extensione sicut illic repositio facienda est, quàquam eò magis extendendum quo valentius corpus hic subest. Vt plurimum enim uiri duo satis sunt, quorum hinc vnus, inde alter intendat: sin minus, vehementiorem adhibere extensionem facile est. 40

Non solum ijs, quæ sunt in prima parte palmæ, minorem molestiam hæc afferunt: verũ etiam ijs, quæ sunt in pede molestia multo minus sunt. Sed quia communem de pede & de manu tractationem fecit, propterea satis habuit nunc alterius tantum membri facere mẽtionem, quod primo

& tibiæ

A & tibiæ & pedi correspondet. quantum enim ab ijs quæ sunt in pede hæc deficiant, & maxime ab ijs quæ in calce contingunt, quæ longe sunt molestiora: paulo superius ipse declarauit.

41 *Vel enim rotæ modiolum, vel aliquid aliud ei simile defodere: deinde molli aliqua re pedi circũiecta eum latis aliquibus bubulis loris circumligare oportet: quorum capitibus ad pistillum, aut aliud simile lignum deligatis, ligniq; eius extrema parte in modiolum iniecta retorquendum est. ab alijs contrà tum humeris reprehensis, tum poplite retrahendum.*

Lignum quoddam defodiẽdum in terra censet, quod caput vectis possit admittere, quo mẽbri tibi facienda extensio est. Scire autẽ te existimo modiolũ rotę, qui χοινικὶς dr̃, ablonibus πλίνθιον appellari: quo vtiẽ hic vocabulo Hippocrates, & apud Homerum quoq; inueniẽ. Quia autẽ Hippocrates expedita ac prompta esse vult, quæ vtilia ad curationẽ sunt: iccirco hic modioli meminit, qui in locis omnibus qui ab hominibus incoluntur, suppetere facile nobis possit. eadem de causa pistillo ad extendendum loco vectis vtendum monet. quo pacto autem vtendum ipsis sit, ipse verbis suis, siquis eis animum aduertat, manifeste explicat.

42 C *Fieri item potest, vt superiori corporis parti necessitas adhibeatur.*

Validas ac vehementes distentiones necessitates vocat, vt violentiam ipsarum significet.

43 *Quin etiam si vis, lignum teres læuigatum alte defodere potes, atq; inde partem ligni superextantem inter crura ad interfemineum applicare: vt prohibeat quo minus corpus eos qui iuxta pedes extendunt, sequatur.*

Erectũ hoc lignum stabiliter in terra defigit, vt qui extẽditur, licut prædictũ est, eo inter crura ad interfemineũ offirmato extensionẽ minime sequatur. Interfemineũ autem, id est περίνεον, ea corporis pars vocatur, quæ inter anum et initiũ pudẽdi membri interiacet.

44 *Deinde ne ad crus quod extẽditur declinet: aliquis à latere assidere debet, ac clunem retrudere, ne corpus circumagatur.*

In plerisq; exemplaribus post superiorẽ orationem hæc scripta reperitur: cum tñ tota sententia intelligi ẽt absq; ipsa queat. vult enim vt in medio duorũ crurum ligno eo erecto offirmato affectum crus extẽdamus: retrudẽte aliquo sursum homines clunem ea parte, ne corpus circũactum atq; in alteram partem propendens extendentibus cedat. quod cũ fit, intentio omnis resoluitur.

45 *Si placet quoq; ad alas vtrasq; hinc & inde ligna affigantur: brachiaq; ibi porrecta seruentur. tum aliquis iuxta genu apprehendat, atq; ita retro intendat.*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Alium modum te E
docet, quo reliquum corpus partẽ quæ extenditur, non consequetur. sub vtrãq; alã defigi lignũ vult, qd obsistens ac renitens corpori, facit, ne ægrotus deorsum trahenti cedat, ac sequaẽ. oportet tamẽ, vt hic quoq; aliquis crus quod extendit, iuxta genu reprehẽsum sursum intendat.

Hoc etiam modo idem F 46
facies, si iuxta genu, aut circa femur alys habenis deligatis alterum rotæ modiolum supra caput desoderis, habenisq; alteri ligno innexis, eoq; in modiolum defixo contraria ijs qui iuxta pedes intendunt, reduxeris.

Si dum crus sursum retrahitur, res non cedat: licet tibi ex habenarum circundatione idem efficere: si capita earum in superiorem partem adducta ad vectem aliquem deligaris. oportet enim vt caput vectis quod in terram defigis, subiectam aliquam concauam moram habeat, cuiusmodi est modiolus rotæ, cui obiectus ea parte vectis in contrarium intentionem faciat. Quod autem inquit contraria ijs qui &c. si scriptum fuisset/in contraria/tam sensu q̃ verbis plana esset oratio ac dilucida. quia vero/contraria/scriptum reperitur absq; præpositione, existimandum est, vel prætermissam fuisse præpositionẽ à librario aliquo, vel ipsum Hippocratem hac voce absq; præpositione fuisse vsum, quasi eandem vim etiam sine ea habeat: vel loco aduerbij/contraria, posuisse, perinde ac si contrarie dixisset.

G

Hac item alia ratione, si placet, vti potes loco modiolorũ, ad trabeculam mediocrem sub lectulo substratam hinc 47
& inde capita lignorum offirmabis, ac reduces: atq; ita habenas intendes.

Duo modioli antea, duoq; vectes distentionem efficiebant: vnus infra crus quod intendebaẽ: alter supra caput. Qm̃ vero, vt dixi, vult nos promptitudinẽ, facilitatemq; remediorum comparare: alterũ modum comminiscitur, quo te ad H
inuẽtionem similiũ exerceat. nam si non affuerint modioli: substrato ligno aliquo longo ad lecti lõgitudinem, in quo æger cubat, reliqua omnia, sicut superius docuit, facienda tibi sunt. circundandæ habenæ ab inferiore & superiore cruris parte, ac baculis deligandæ: tum vero loco modiolorum extremis ligni illius longi capitibus vteris: quibus ex vtraq; lectuli parte à capite videlicet, & à pedibus mediocriter prominentibus vectes obiectos reduces: atq; ita mollitionem facies. Trabeculam lecto substratum lignum per longitudinem vocat, ac si paruam trabem dixisset.

Adde quod, si vis, asellos quoq; hinc inde constituere potes, atq; illis extensionẽ ipsam facere. Sed multi quoq; alij 48
extensionum modi sunt.

Axes

Axes ipsos asinos appellare consueuit, quemadmodum inferius cum dicit, asini circumactio. nũc igitur paruos axes asellos diminutiua forma dixit, quas etiam suculas vocant: sicut modo superius paruam trabem trabeculã vocauit. Te enim non solum ad parabilia inuenienda, atque vtenda esse exercitatum vult: verum etiã ad ea, quæ apud medicos ad huiusmodi distẽtiones præparata sunt instrumenta. Axibus igitur non per longitudinẽ corporis, quod curandum est, sed per transuersum hinc & inde constitutis: id enim hoc significat, id est infra pedes altero, altero supra caput, eisq; habenarũ extremis partibus circũiectis, ex eorum circũductione cruris distentionẽ efficies.

49 *Optimum tamen est, vt qui in ciuitate aliqua magna medetur, is præparatũ lignum habeat, in quo tum omnium fracturarum, tũ omnium articulorum reponendorum necessitates omnes contineantur, quæ ex extensione, & motione fiant. satisq; erit, si tale lignũ sit longitudine, latitudine, & crassitudine, cuiusmodi columnæ quadratæ quernæ fieri consueuerunt.*

Instrumenti cuiusdam & machinamenti, quod vult medicum habere, mẽtionem facit. de quo, vbi fabricam eius docet in libro de articulis qui hunc sequitur, explanationẽ etiam nos faciemus. nunc ad reliqua quæ sequuntur, descendendum est.

50 C *Vbi igitur satis extenderis.*

Posteaq̃ satis extenderis, crus videlicet: de luxationibus enim tibiæ circa talum loqui instituerat: cumq̃; hucusq; de distentione docuerit, rursus ad id quod proposuerat, redit.

51 *Articulum reponere facile iam est.*

Ex huiusmodi eius loquutionibus inducti nonnulli articulum vocare eum dicunt capita ossium, quæ in sinus dearticulantur: vt totum id quod ex duobus constat, qua ossium capita, quæ in porrectionibus & inflexionibus mouentur, inter se connectuntur, dearticulationem: ipsorum vero vtrorumq; ossium extremum alterius quod sese inserit, articulum: alterius sinum qui insertum excipit, acetabulũ, & pupillam ab eodẽ appellari asserant. Sed hæc nominum ratio explodiẽ.

52 *Quippe cum supra pristinam sedẽ è directo suspẽdatur. Dirigere igitur & componere manuum palmis, hinc supra id quod excidit, inniteẽdo, inde infra malleolũ renitendo, decet. posteaq; reposueris, extẽsum ita, si fieri potest, deligandum est. Sin habenæ impediant, illis solutis, quoad deligaris, distendendum est.*

D Communem iam hic vniuersæ repositionis methodũ ac viam tradit: quemadmodum à principio in primo horum cõmentariorum libro nos etiam diximus, vbi de vtilitate extensionis agebamus: fieri non posse asserentes, vt apte ossa reponerentur in sedem suam, nisi suspensa à se mutuo fuissent. Simul etiam terminum docet, quousq; extendendum sit. cum enim satis iam esse tibi visum fuerit, vt suspensa esse à se mutuo possint, ab extensione desistes.

53 *Deligare autem eodẽ modo debes initia similiter supra id quod excidit injiciendo, conuolutionesq; primas eodẽ in loco quamplurimas faciendo, ac plagulas plurimas ibidẽ imponendo, necnon eadem in parte maxime comprimendo.*

Deligationis fracturarum, quã superius ostẽdimus, capita hic summatim cõmemorat. Sciendũ aũt est, luxationes quæ in manu, & pede, & calce, necnon circa malleolos contingũt, esse deligandas modo deligationis qui fracturis adhibetur. vnde ẽt hoc in libro omnia hæc cõtinent. Causam vero, cur siue fractura, siue luxatio euenerit, eadem deligatione vtendum sit, superius didicimus.

54 *Insuper autem hinc & inde satis multum deligandum est.*

" Hoc, in libro de ijs quæ in medicatrina fiunt, ita dixit. At deligatio multã sani loci partem occupet. cuius causa antea explicata est. Melius quippe ẽ, vt affecti loci humores, nõ modo in adja-
" centes

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

centes partes exprimantur: verũ etiam in multum ſpatium amandentur, longiuſq; arceantur. E

Magisq; hic articulus in prima deligatione eſt comprimendus, q̃; qui in manu eſt. 55

Pro articulorum magnitudine, & compreſsionis modum, & linteorũ copiam adhíbet, & neruoſitatis eorum, & ſenſus habita ratione. minus. n. hos comprímendos ac collidendos eſſe cẽſet.

V bi autem deligaris, ſuperius quidem q̃; reliquum corpus haberi deligata pars debet. ſitus tamen is ſeruandus, vt 56
pes q̃; minimum ſuſpendatur.

Paulo quidem ſublimíorem pedem reliquo crure eſſe debere, tantumq; eſſe attollendum, vt muſculi diſtentione non afficiantur: priùs dictum etiam eſt. nunc de depoſitionis ſtabilitate præceptum ſubiungit, iubetq; vt ne parum quídem pes ſuſpendatur, ac pendeat. id autem fiet, ſi lanæ molles vndequaq; ipſi apponantur: imaq; eíus pars, vbi eſt veſtígium, molli aliqua re firmetur, aut puluíno, aut ligno etiam recto, cui mollíbus mitellís pes alligatus fuerit.

At corporis attenuatio talis, qualem vim prolapſio habuerit. alia ſiquidẽ parũ, alia multum prolabuntur. 57

Perſpícuum eſt, ſicut ea quæ parum prolapſa ſunt, diligentía mínore indígere, ita quæ amplíus F
exceſſere, & victum, & reliqua omnía exactíora requírere, quíbus corpus attenuatur.

Plerunq; & magis & diutius in vulneribus crurum: q̃; brachiorum attenuandum eſt. maiora enim hæc et craſ- 58
ſiora illis ſunt. quinetiam neceſſe eſt, vt quieſcat corpus & iaceat. religare vero articulum tertio poſt die neq; quod
prohibeat, neq; quod vrgeat, quicquam eſt. reliqua omnia ſimili modo vt in præteritis curanda ſunt. Et ſi quiete cu-
bauerit, quadraginta dies ſatis ſunt: ſi tantum in ſuam ſedem oſſa rurſus deſederint: at ſi quieſcere noluerit: & crure
non facile vtetur, & deligationem in multum tempus cogetur adhibere.

Ipſe cauſam præcepti huius ſui ſubiunxit, cum dixit: maíora enim hæc & craſsíora illís ſunt. & præterea tertium eſt, q̃ híc iacendo, non vt in manuum læſionibus, deambulando homo faneſcit. atq; hæc de omnibus articulís dícta nobís in vniuerſum eſſe exiſtimamus.

Quæcunq; autem oſſa non perfecte in ſedem ſuam deſident, ſed aliqua ex parte deficiũt: ea temporis proceſſu atte 59
nuantur. Coxa, & femur, & tibia, ſi intro prolapſa ſint, exterior pars: ſi extra, interior attenuari conſueuit.

Sí aliquod ex ſanis etiam membris aut in diuturna quiete detineat, aut raro moueas, tenuíus
q̃ priùs erat, efficítur. Motio ſiquídem corpora calefacit, & víres eorum corroborat, ita vt partes G
eorum nutriantur, ac pinguéſcant. Cum igítur aliquid prolapſum non recte fuerit repoſitũ, peíus motiones efficiuntur, atq; id magís in oppoſita parte. propterea q̃ locus dímoto oſſe in contrariũ inanis relínquitur. vt facílius in ea parte firmetur membrum, in quam articulus exceſsit. nam cũ ſuperiores partes ſede ac ſtabilímento indígeant, id inanía loca non exhíbent, ſed plena. quippe cum nihil firmari ſupra ínanem locum poſsit. Propterea igítur & crus in eam partem propẽdere in quam os excídit, muſculisq; qui ea parte ſunt, tantummodo operari conſueuit. quocirca fit, vt muſculi illi bene: reliqui ex oppoſita parte qui ocioſi ſunt, male alantur.

Pleraq; autem in interiorem partem prolabuntur. Sed cum vtraq; oſſa tibiæ ſine vlceratione fracta ſunt, vali- 60
diorem extenſionem requirunt. ac ſi magnæ alternationis fuerint: aliquibus ex his antedictis modis extendendum
eſt. Verum tamen ſatis etiam ſunt quæ à viris fiunt extenſiones. plerunq; enim ſufficit, ſi duo valẽtes viri alter hinc,
alter inde diſtendant. Intendere aũt oportet in rectum ſecundum naturalem habitum, & è directo tibiæ & femo-
ris, ſiue tibiæ ſiue femoris fracti oſſa intendas.

Inferiores iuxta malleolos luxatíones magís íntro prolabuntur. cauſa eſt, q̃ ſuræ proceſſus extrínſecus talum exquiſítius complectitur, quàm tíbiæ intrínſecus. H

Atq; vtrum ex ipſis deliges, ita deligandum eſt, vt exporrecta vtraq; maneant. non enim eadem & cruri & 61
brachio conferunt. nam & cubiti & brachij oſſa fracta vbi fuerunt deligata, appenduntur, ſiq; ea exporrecta deli-
garis, in conflexione cubiti, carnium figurationes diuerſificantur: quippe cum flexura cubiti multo tempore exten-
ta eſſe non poſsit. non enim ſæpe in eo, ſed inflexione aſſueuit. Quinetiam cum deambulare homines poſsint, vbi bra-
chium fregerunt: inflectere id ad cubitum cupiunt. at crus & in ambulando & in ſtando cum modo extendi, modo
ferè extendi in inferiorem partem naturaliter, nec non geſtare reliquum corpus conſueuerit: iccirco cum neceſſe eſt, facile extentum permanet. adde quòd in cubilibus quoq; ſæpenumero in figura hac iacet. Quapropter cum vul-
neratum id eſt, eſt neceſſe vt animus ſuccumbat: cum impotentes homines, vt attolli nequeant, reddantur: ita vt
neq; inflecti, neq; ſurgere in mentem eis veniat: ſed in ea figuratione quiete iaceant.

Síue tibíam, ſiue femur deliges, ita te delígare vult, vt vterq; articulus tam coxæ, q̃ genu extentum ſit. Cauſam cur id fieri debeat, ipſe demonſtratione vſus ſubiũgit. cuíus intellectu facilis ſententía eſt. ſumma hæc eſt. Quía crus & ſtando & ambulando extenſioni eſt aſſuetum: cum enim ad ambulandum corpus natura conſtituerit, figuram ad id accommodatam ei præparauit: iccírco etiam cum cubant homines, extentum id plerumq; eſt. brachía vero & in ambulando, & alioquí

vt

A vt plurímum mediocriter ínflexa contínere conſueuimus. nullus enim eſt, qui extentís ac porrectís brachíjs deambulet. quocírca fit, vt etiam ſiquís brachium deligatum habeat, ſubiecta cubito mitella deambulare adhuc nihilominus poſsit. at vbi crus fractum eſt, vt priùs q̃ prorſus occalluerit, ingrediatur, fieri vllo modo nequit.

62 *Ob hos igitur prætextus neq; in extenſione, neq; in deligatione brachio & cruri figura eadẽ confert. ſi igitur ex-*
tenſio quæ à viris fit, ſatis fuerit: nihil amplius fruſtra laborandũ eſt. machinas enim afferre cum non eſt opus, abſur-
da affectatio eſt. at ſi non ſint ſatis viri, aliquid ex neceſſarijs & violentis adhibendum eſt, quod accommodatũ ſit.
Cum autem ſatis extentum fuerit, oſſa iam componere, atq; ad naturalem ſtatum reducere manuũ palmis dirigen-
do, ac coaptando facile eſt. quod vbi feceris, deligare linteis extentum debes, ſiue in dextram, ſiue in ſiniſtram circũ
ducere prima lintea conueniat. initia tamen ſupra fracturam inijciantur, primæq; inuolutiones circa ipſam ducan-
tur. deinde in ſuperiorem partem tibiæ, quemadmodum in alijs fracturis dictum eſt, diſtributio efficiatur. Lintea
vero latiora & longiora & plura multo eſſe in crure, quam in brachio debent. V bi deligatum fuerit, ſupra planum
aliquod & molle deponendum eſt: ne vel hac vel illac diſtortum, aut gibbum, aut repandum efficiatur.

Manifeſtiſsimas cauſas & veriſsimas prætextus, hoc eſt προφάσεις, vocauit: cũ tamen in vſu ſit,
B vt falſæ cauſæ prætextus appellentur. Paulo item inferius rurſus verbo hoc ita vtitur, vbi inquit: ob hos igitur prætextus exteriore oſſe fracto celeres ingreſsiones fiunt. de ſura enim loquens veram cauſam attulit, cur ſi ea comminuta ſit, velox motio cruris efficiatur: ſi tibia læſa fuerit, nõ niſi poſt multum tempus ea vti poſsint, qui id patiantur.

63 *Maximeq; conducit, vt puluinus aut lineus, aut laneus, non durus, ſed laxus in medio per longitudinem, aut ali-*
quid aliud huic ſimile ſubijciatur.

Tíbiam hoc modo quo inquit, puluíno magís q̃ canalí collocandam ac firmandam eſſe cenſet. deincepsq; cur eos damnet qui canali vtantur, in hunc modum ſubiungit.

64 *De canalibus enim qui in crura fracta ſubijciuntur, ſubijciendi nec ne ſint, quid conſulã dubito. nam iuuant qui-*
dem, non tamen tantum, vt illi qui eos ſupponunt, exiſtimant. non enim, vt putant, immotũ iacere crus cogũt. neq;
dum hac vel illac verſatur reliquũ corpus, efficit canalis ne crus ſequatur, niſi ipſe homo diligẽtiam adhibeat. neq;
rurſus vetat, quo minus crus vel hac vel illac abſq; reliquo corpore moueatur. Adde quòd immitius eſſe videtur li-
gnũ ſubſternere, niſi ſimul molle aliquid in ipſum inijciatur. in lecto vero tranſmutando, abeundoq; ad ventrẽ exo-
nerandum vtiliſsimũ eſt. Licet igitur cum canali & ſine canali & pulchre & turpiter rem conficere. probabilius
C *tamẽ apud populares eſt, medicũ minus eſſe erraturũ, ſi canalis ſubijciatur. licet id minus ex arte ſit. Debet enim in*
plano & molli tibia poni prorſus in directum: propterea quòd alioqui neceſſe eſt, vt deligatio à diſtortione quæ ex
ſitu euenit, quocunq;, & quantuncunq; vergat, ſuperetur. Reſpondeat itẽ is qui deligatus eſt eadẽ quæ priùs dicta
ſunt. nã deligatio eiuſmodi eſſe debet, & tumor ita in extremis exurgere. laxationes quoq; eodem modo, & religa-
tiones tertio poſt die faciendæ, nec non tenuiorẽ inueniri deligatam partẽ oportet: deligationesq; plures, pluribusq;
linteis fieri. circundariq; ẽt pes laxe debet, niſi fractio valde iuxta genu ſit. Sed & extẽdendum mediocriter eſt: &
in vnaquaq; deligatione coaptanda oſſa ſunt. nam ſi recte curetur, & tumor pro ratione ſuccedat: tum deligatus lo-
cus tenuior, & gracilior, tum oſſa repoſitu faciliora, extenſionicq; obtemperantiora reperientur. Vbi ſeptimus aut
vndecimus dies aduenerit, ferulæ, ſicut in alijs quoq; fracturis dictum eſt, circundandæ ſunt.

Nunc quoque ſcío medícos quoſdam eſſe, qui cum femur aut tibia affecta eſt, cruri canales, &
capſulas ſupponere conſueuerunt: toti quidem cruri, cum femur patitur: ſed cum tibia affecta eſt, alij toti cruri ſimili modo lignum hoc ſubijciunt: alij tibíam ſolam in capſula ſtabiliunt, ac firmant. Qui vnà cum tibia femur etiam comprehendunt, membro quidem læſionem etiam ipſi afferunt. ſed mínus tamen quàm alij lædunt. Nocumẽta ab Hippocrate manifeſte declarata ſunt:
D vt repetenda à me non amplíus eſſe videantur. ſed ſi quíd hac in oratione obſcurũ fore exiſtímo, id tantummodo míhi explicandum cenſeo: ac primũ illud, quid capſula à canali differat. γλωσσόκομον, id eſt capſulam Attici appellant inſtrumentum quoddam ſcrinij in modum, in quod multa ex vtilibus conijciunt homines, multasq; ſecretiores líteras recondunt: quo item in itineribus vtí nonnulli conſueuerunt. ſíue autem γλωσσόκομον, ſiue γλωσσοκόμιον quiſpiam dícat, ſiue etiam per duo ττ ſcríbatur, ſiue per duo σσ: nihil refert. Capſulam vero quæ cruribus ſubijcitur, oblongiorem eſſe & anguſtiorem cæteris conſuetis perſpícuum eſt. quippe cum ea, quàm latitudo cruris ſit, vel craſsitudo, vel quouis nomine aliquis appellet, latior multo eſſe non debeat: vt interiectis vtrínq; lanís crus ita aſtringatur, vt neq; ſi velit æger crus deflectere, id anguſtia permittat. tametſi deflexionem eius in dexteram aut ſiniſtram partem prohíbere lanarum iniectio poteſt: quín ſurſum vero & deorſum moueatur, non poteſt. Vnde etiam Hippocrati huiuſmodi ligni vſus non placet, præſertim cum etiam immite ſit, quod ipſe ἀσεργέστερον appellat: quaſi inclementius dicas, id eſt iníucundum ac moleſtum, eo quod non cedit, vt puluíni qui ſubceruícales, & ſubcubitales appellantur: qui cum ſubijciuntur, mediocriter cedentes cruri moleſtiam nullam afferunt. Machinamentum tamen huiuſmodi vtile eſt, cum ægri vel aluum exonerare, vel ex altero lecto in alterum traduci voluerint: quo commodius ac mollius cubent. ob hoc enim præci-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

pue vſum eius admittimus. Quanquam loco ipſius huius ligni puluino nonnulli vti conſueue- E
runt.nam ſtatim à principio per tranſuerſum mitellas puluino ſubiectas, vbi crus impoſuerint,
vtrinq; ad cruris altitudinem complicant atq; aſtringunt:tum eas in ſuperiore membri parte in-
ter ſe colligantes ſtabilem ita cruris depoſitionem eſſe exiſtimant. nam puluinus in ægrotantis
tranſmutationibus loco capſulæ cruri ſubtenditur.Accedit quòd in inferiore parte cruris extre-
ma lignum aliqui erectum adiungunt,quò ſummum pedem propellunt, ſubiectis tamen priùs
lanis:atq; id ea cauſa faciunt,vt neq; crus trahatur ſurſum,neq; deorſum feratur.quippe cum ſur-
ſum tolli vinculum:deorſum ferri applicatum plantæ lignum prohibeat.Sed enim licet hæc ad tu
telam præparata à medicis ſint,per ea tamen non fit,vt motio articulorum impediatur:cum æger
& tali,& genu articulum hac illac mouere paululum queat. nam de coxæ articulo ne dicendum
quidem quicquam eſt:cum neq; à capſula,neq; à canali prorſus contineatur. Canalis igitur cum
cætera cum capſula habeat communia, in forma tantum differt. teres enim extrinſecus eſt,con-
cauus intrinſecus inſtar canalium imbricum in tegulis, vnde etiam nomen ipſi eſt. Is autem ad
præſentem vſum aptior quàm capſula propterea videtur, quia totum circum circa crus compre-
hendit:in capſula enim loca quædam inania poſt iniectionem cruris relinquuntur. Vnde non-
nulli medici ſunt,qui plures canales habeant præparatos,vt in ſingulis eo vtantur,qui vnicuique F
cruri fuerit accommodatus. dantq; operam vt lignum eiuſmodi reperiatur, ex quo excauato
eos validos ſimul & albos,& molles efficiant. Quidam etiam apud nos medicus complures hu-
iuſmodi canales è tilia confectos habebat: eisq; ſubinde pro magnitudine vniuſcuiuſque cruris
vtebatur,non abſq; vinculis.id quod à quibuſdam in puluinis fieri dixi.ſed in illis vincula laxio-
ra effecta vſum ipſorum corrumpunt:hic abſq; vlla compreſsione ob mollitudinem ligni in tra-
ducendo ægro crus continent. Veruntamen à recentioribus medicis ad firmiter continendum
vtrumlibet os fuerit affectum,ſiue femoris,ſiue tibiæ, capſula machinaria inſuper eſt adinuenta:
quæ & fabricam & vſum in modum quem ſubſcribam, habet. quæ ſanè non ab re mihi videtur
fuiſſe excogitata ad callum ſiue femoris,ſiue tibiæ obducendum. Adiacet enim in extrema eius
parte axis,in quem laqueorum qui diſtendunt membrum, capita adducta circumiciuntur: qui
quidem laquei extremis partibus oſsium eius qui curatur, circundati fuerint. hi autem ex duo-
bus aduerſariis ac perpetuis loris conſtent,quæ διαστάδες nuncupant:ita vt quatuor vniuſcuiuſq;
laquei crura euadant,duo à dextra parte,à ſiniſtra item duo.hæc enim crura laquei inferioris per
foramina quædam,quæ in inferiore capite capſulæ facta ſunt,traiiciuntur,atque ad axem perdu-
cuntur.ſuperioris vero laquei crura prius in ſuperiorem capſulæ partem reducta, etiam ipſa ſi- G
mili modo per foramina à lateribus capſulæ traiiciuntur: foramina autem hæc trochleas habent:
poſtea vtrinque extrinſecus capita hæc laqueorum ad axem reducuntur. His enim ita apparatis
vna axis circunductio vtroſq; ſimul laqueos,deorſum eum qui inferiore fracti oſsis parte circũli-
gatus eſt:ſurſum alterum intendit.ita vt poſt depoſitionem etiam tibi per ſingulos dies laqueo-
rum diſtentionem corrigere,ſiue intendere, ſiue laxare eam volueris, liceat. nam axis laqueum
qui in inferiore parte membri eſt,recta intentione trahit:eum qui ſupra eſt,non recta, ſed ea quæ
tranſumptiua appellatur.

CAPSVLA MACHINARIA
A. AXIS AD QVEM LAQVEOR. CAPITA CIRCVNIICIVNTVR.
B. LAQVEVS SVPERIOR.
C. LAQVEVS INFERIOR.
D. INFERIOR CAPVT CAPSVLAE
E. TROCHLEAE
F. SVPERIORIS LAQVEI CAPITA AB EXTERIORI PARTE CAPSVLAE.



65 *Adhibita tamẽ curã ne earum inſeßiones è directo malleolorum,& ſupra tendonem pedis, qui in tibia eſt, fiant. Oſſa au tẽ tibiæ, ſi recte curẽtur, quadraginta diebus corroborãtur. quòd ſi ſuſpice* H *ris os aliquod directione adhuc indigere, aut vlcerationem aliquam timeas: infra hoc tempus reſoluendum tibi eſt:atq; vbi compoſueris, relinquendum. Si vero alterum os fractũ ſit, intentione quidẽ imbecilliore eſt opus: nõ tamen in extendendo deficiendum, aut ignaue agendum eſt. Ac maxime quidem in prima deligatione ſemper fracturæ oẽs,quatenus conuenit,extendendæ ſunt: ſin minus id poteſt,ſaltẽ quàmcitiſſime.quodcunq; enim os non recte cõpoſitum deligatione fuerit compreſſum: dolore locum eum vexat. Reliqua curatio eadẽ eſt. At os interius,quod in priori parte tibiæ extat,quæ ἀντικνήμιον vocatur,moleſtius in curatione eſt:maioremq; intẽtionem requirit,et niſi fracta recte cõpoſita fuerint, occultari vitium*

A *tium non poteſt.apertum enim & carnis expers totum eſt:atq; eo fracto in crus inſiſtere multo tardius queũt.Cum os autem exterius fractum eſt,multo & facilius & occultius ferunt,etiam ſi nõ bene admodum fuerit repoſitum, quippe cum & carne opertum ſit,& cito in pedes qui id patiuntur,inſiſtant.interius enim tibiæ os maiorem oneris partem vehit.nam tum crus ipſum,& pondus reliquum è directo crus impendens facit,vt interius os maiorem laborem ſubeat.femoris enim caput ſuperiorem corporis partem ſuſtinet,idq; in interiore parte cruris, non exteriore eſt,ſed ex tibiæ anterioris partis proceſsione.tũ reliqua corporis dimidia pars huic magis proceſsione appropinquat, quàm exteriori.adde quòd quod eſt intrinſecus,craſsius eſt, quàm quod extrinſecus. quemadmodum etiam quod in cubito eſt,ex proceſsione parui digiti tenuius eſt ac longius.*

Prominentes oſsium partes,cuiuſmodi ſunt tibiæ & ſuræ inferiora capita, impoſitiones ferularum non tolerant.quod cauendum eſſe nunc inquit.Inſeſsiones autem dicit,perinde ac ſi ſeſsio
nes ac ſedes dixiſſet:ſed in præpoſitione adiuncta ſe euidentius id quod volebat,ſignificaturum
exiſtimauit.Hæc igitur oſſa,quia & extant,& nuda carnibus ſunt,à ferularum inſidẽtia colliduntur.immo non oſſa collidi dicendum eſt,ſed muſculos,& quaſdam neruoſas partes,& cutem,quę
ſuper ipſa oſſa ſunt.cum enim inter duo corpora dura intercludantur, ferulas videlicet extrinſe-
B cus,os intrinſecus,colliduntur,& contunduntur:ac ſæpe ita ægre afficiuntur, vt exulcerentur. In
calcem vero ex poſterioribus partibus in anteriorem tendo innectitur,à muſculo, qui in carnoſa
poſteriore parte tibiæ eſt,exortus:qui cum nudus admodum ſit, atq; emineat, præcipue in carne
expertibus hominibus,impoſitam ferulam non fert:ſed ſenſu maxime præditus cum ſit, ex colli-
ſione inflammatur.Corpora item malleolorum oſsibus ſuperiecta ob duritiem eorum quæ ipſa
vtrinq; conſtringunt,vt dictum eſt,colliſa,adeo afficiuntur,vt eliſiones patiantur. ita enim vocat
Hippocrates quæ in ſumma cute exulcerationes ex compreſsione exiſtunt.

66 *In articulo tamen inferiore longioris oſsis ſubiectio ſimilis non eſt. quippe cum cubiti gibbus & poples diſsimili modo inflectantur.ob hos igitur prætextus exteriore oſſe fracto celeres:interiore tardæ ingreſsiones ſiunt.*

Cum ſuperius os ſuræ longius eſſe quemadmodum & cubiti, atq; vtrunq; ê regione parui digiti ſitum,tenuiusq; altero ſibi annexo eſſe dixerit:qua inter ſe differant deinceps ſubiungit. Dictumq; perſpicue à nobis quoq; eſt in commẽtario de oſsibus,cum de aliis, tum dearticulationis vtrorunq; horum differẽtia. ac radium quidem exteriori brachij tuberculo innexum circa ipſum
moueri:& tam in exteriorem partem,quàm interiorem verti. In crure vero cum tibia ſola femori
C articulo iungatur:ſuræ motum nullum eſſe.non enim hinc & inde verſari articulum hunc, ſicuti
in cubito,poſſe:ſed inflecti tantummodo:& neq; hoc quidem ſimili modo vt in cubito.illic enim
cardinamentum brachij in ſedem cubiti inſeritur. In genu vero duo femoris tubercula duplices
tibiæ ſinus ingrediuntur.illic in brachium duas cubitus cornices infigit,alteram à poſteriore par-
te cum perfecte extenditur:ab anteriore cum inflectitur, alteram. At in femore nihil horum fit:
quippe cum nullos huiuſmodi vertices,ac cornices tibia habeat. Cubiti igitur gibbus & poples
diſsimili modo inflectuntur.Ipſe ſuperius cum de cubito ageret, ita dixit. ſed cum illo oſſe idem
eſt ἀγκών qui vocatur,id eſt cubiti gibbus, in quem innitimur. manifeſte declarans acutiſsimam
cubiti partem ſe cubiti gibbum appellare,quem ὀλέκρανον, id eſt vlnæ verticem,& cubitum etiam
vocant.Nunc vero diſsimili modo inquit cubiti gibbum & poplitem flecti, perinde ac ſi ita dice
ret.diſsimili modo articulum circa cubiti gibbum inflecti,ac poplex.Accedit quòd ipſe etiam in-
ferius ait,quæ circa cubiti gibbum contingunt,moleſtiora ſunt: cum de luxationibus loquatur.
Illud igitur memoria tenendum:proprietatem nominum apud nullum ex antiquis Græcis exqui
ſite ſeruari:ſed aliàs proprie,aliàs per translationem apud eos vſurpari vocabula conſueuiſſe. Sic
etiam poplitis nomen huiuſmodi eſt,ſicuti & alæ.ala enim locum qui ſub humero eſt:poples op-
D poſitam genu partem poſteriorem,ſignificat.nam & genu ipſum totam iuncturæ huius partem
indicat.ſiue enim in cute loci huius vlcus oriatur alicui,hominem in genu habere vlcus dicimus:
ſiue neruus qui cuti ſubtenditur diuiſus fuerit,in genu vulnus eſſe aiunt.non ſecus ſi patella ipſa
patiatur,quam μύλην,id eſt molam,& ἐπιγονατίδα,hoc eſt ſupergenualem etiam vocant. Quin ẽt
latera ipſa explicantes nonnulli modo intra genu:modo extra genu eſſe vlcus affirmant. totum
enim in latitudine locum hunc genu appellant:quemadmodum poplitem,& alam, & humerũ
ſic quoq; cubiti gibbum,malleolos,primam partem palmæ totum locum Hippocrates vocat.ſæ-
pe etiam humeri,gibbi cubiti,genu,poplitis,coxæ,malleolorum articulum appellare conſueuit.
Patet iam quàm varie nominibus vtatur:quemadmodum etiam facere reliquos veteres dixi,ne-
glecta iſta à poſterioribus obſeruata circa hæc minuta loquendi curioſitate: quam qui exercent,
appellare exquiſitam diligentiam conſueuerunt.

DE FEMORE.

67 *At vero ſi femoris os fractum ſit,extenſio diligenter in primis facienda eſt:ne minus quàm debeat, efficiatur. amplior enim ſi ſit,nullam læſionem affert.neq; enim ſi oſſa diſtantia ex vi intentionis deligarit quiſpiam, detineri ita a deligatione poſſunt, vt diſtent.ſed vbi primum dimiſere qui intendunt,inter ſe coeunt.*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Qm̃ maximi musculi sunt circa femur, merito cauendū cēset, ne extendēdo mēbrum in aliquo E
deficiamus, id qd' sæpenumero fit. Vt igit̄ securius distēdamus, licet amplius, q̄ conueniat, intendamus, læsionem inde nullam esse euenturam inquit. quod enim alijs in membris suspicari posset aliquis, hic concedit. Quid autem id est? vt os fractum, etiam si distent inter se partes separatæ, deliget. videbatur enim è contrario fieri debere, eas videlicet inter se prorsus coniungi: ne inani loco in medio relicto, in quo sanies colligeretur, os in sideationis discrimen veniret. sed hic, etiam si distantes ossis fracti partes deligentur distentione ampliore facta, post deligationem tamen non ita permanent, sicut in alijs membris, in quibus fasciarum iniectio musculos immotos seruat. in femore enim ob musculorum magnitudinem timendum id minime esse inquit. propterea q̄ eā vim non habet deligatio, vt cohibere ipsos valeat, sed ab ipsis superatur. Hoc aūt inquit, quia deligationi propositum est, vt in eo habitu seruet femur, in quo erat cū deligabatur: musculis vero, vt ad suum caput recurrant. Cum itaq̄ contrarij vtriq̄ hi scopi sint, si deligatio prævaluerit, naturalemq̄ musculorum motum vicerit, fiet vt fracti ossis partes dehiscant: sin autem musculorum motio deligatione fortior fuerit, musculi ipsi ad principium suū retrahentur: atq̄ ita simul inferiores partes ossis fracti contrahent, ac superiori committent.

F

Crassæ enim & validæ carnes hic cum sint, deligationem superant, non ab ea superātur. quod igitur dicebamus, 68
bene distendendum est, sineq; vlla distortione, nihilq; deficiendum. magnum enim dedecus est, & nocumentum, si breuius femur reddatur. Nam brachium si breuius euadat: & occultari potest, & non magnum damnum affert. at crus breuius effectum claudum hominem facit. propterea quòd alterum quod sanum est, vedarguit. ut vtilius sit, siquis praue est curandus, vt vtroq; crure potius, quàm altero tantum patiatur. quippe cum æqualis sibijpsi ita euasurus sit. Vbi tamen satis extenderis, palmis manuum componere ossa diligēter debes, ac deligare eodem modo, sicut superius scriptum est: initiaq; injycere, & in superiorem partem fasciam deducere, vt diximus. & æger eadem respondeat quemadmodum etiam supra: & laboret, & melius se habeat, & religetur simili modo. ferularum quoq; appositio eadem esse debet. femur autem quadraginta diebus corroboratur.

Quos nos musculos modo diximus, eos hic carnes Hippocrates vocat, vulgari vsus appellatione: propterea quòd caro omnis sensu prædita musculi pars est, quæ in medio præcipue eorum reperitur. nam in extremis partibus neruosi magis musculi apparent, q̄ carnosi.

Insuper intelligendum illud est: femur in exteriorem partem magis quàm interiorem: magis item in anteriorem, G 69
quàm posteriorem obstipum esse: ac propterea in has quoq; partes si recte non curetur, distorqueri solere: cumq; ijsdem in partibus carne magis careat, occultari in distortione non posse. quocirca si tale quippiam suspiceris, machinari ea debes quæ in brachio distorto facienda consuluimus.

Obstipum hic. i. γαῦσον, obtortum ac curuum significare ex ipsa re perspicuum est. femur enim rectum non planè est, sed in exteriorem & anteriorem partem magis incuruatur: vt in contrarium cuius euadat. Siue autem γαυσὸς dicendum sit cum acuto accentu, an γαῦσος cum circumflexo, in dubio est. cum non admodum in vsu apud græcos huiusmodi vox sit: Sed ex analogia tamen nonnulli circumflectendum hoc nomen censent, non secus ac κῶσος, μαῦρος, γαῦρος. quorum nominum primum febrem ardentem, alterum maurum, vltimum superbum significat. Alij contra acuto accentu scribi debere asserunt eo argumento, quòd omnia quæ morbos & affectus huiusmodi significant bisyllaba nomina acuto accentu pronuncientur: vt χολὸς, λορδὸς, στρεβλὸς, κυρτὸς, βλαισσὸς, ῥαιβὸς, id est claudus, repandus, tortus, incuruus, valgus, varus: neque tantum bisyllaba, verum etiam ferè omnia reliqua, quæ sunt affectuum huiusmodi significatiua, vt est ἀρθριτικὸς, πλευριτικὸς, ἡπατικὸς, hoc est articularis, lateralis, iecinorarius. Vtro igitur modo quispiam proferre velit, concedito: siue circumflexo accento vtatur, siue acuto: in quod tamen H
propendere eos tantum deprehendi qui librum hunc legunt. sicut igitur quisque voluerit, etiam tu pronuncies, neglectis & accentibus & nominibus his, vtpote quæ ad philosophiam nihil conferant: ac multominus ad geometriam, aut arithmeticam, aut musicam, aut astronomiam. Q; si nulla ars ad finem suum consequendum miserorum ac perditorum horum verborū minuta ista curiositate indiget, hoc hominum studium non modo admittendum non est, verum etiam quam maxime deridendum.

Circūjcienda autem pauca lintea sunt & circa coxam & ilia: vt & inguina, & articulus qui in eo loco est, qui 70
dicitur gressura, insuper deligetur. nam & alioqui confert, & ob id quoq;, ne extremæ ferularum partes: si supra indeligata applicentur, lædant.

Os quod femoris caput excipit, ἰσχίον, id est coxa appellatur: quemadmodum concauitas eius acetabulum dicitur. vtriſq; his nominibus poeta eo loco vtitur, cū inquit. Qua coxæ femur »
innexum est, acetabulum at ipsum Appellant. Ilia autem. i. ἰξύας, iliorum ossa nonnulli interpretantur: alij superiorem partem, quæ propriè à laxitate λαπάρας, hoc est cassum, vocatur. cuius nominis apud Homerum fit mentio eo versu, perq; ilia vulnus adegit.

Sed

A Sed ego sicut λαπάρων & ex experientia, & ex vsu tum Hippocratis & Homeri, tum ipsius morbi partem eam esse affirmare possum, quæ inter thoracis, & iliorum ossa subsidit: dicetur autem de ea suo loco: ita de hoc verbo ἰξύων quid asseram dubito. Nam cum singulari numero Homerus eo
" vsus ita inquiat, Ili circundat zonam centum orbibus aptam, eam corporis partem esse ile existimaret quispiam, quæ inter thoracis & iliorum ossa interiacet: propterea quòd ei loco cingulum circundari verisimile sit. Cum vero rursus hac oratione Hippocrates plurali numero deliganda ilia dicat, & par sit, vt ad iliorum ossa ascendat deligatio: hæc ilia hic dici opinari aliquis merito posset. Ad præsens autem negociū scire illud vtile est: cum in superioribus femoris partibus fractura contigerit, tunc non solum vsq; ad inguina esse deligandum, sed ad superiores etiam partes fasciatione progrediendum. quæ quidem partes sunt, primum coxa, deinde iliorum os, tum ossibus carens ac vacuus locus, quem λαπάρων, nominant.

DELIGATIO CIRCA FEMVR. INGVINA COXAM. ILIORVM OS ET ILIA.

Siue igitur hucusq; etiam producere deligationem velit quispiam, cōcedendum est: siue iliorum ossibus deligatis contentus sit, non est laborandum, vt ea trāsgrediens ilibus itē fasciam circunducat: cū ante omnia id curet Hippocrates, vt nullus locus dum deligamus absque fasciatione relinquatur: sed omnes partes ex ęquo linteis comprehēdantur. quoad occupatum sani etiam aliquid videatur. πλαγάδα autem, id est gressurā alij per γ, alij per χ scribendum putant: locumq; significat medium inter duo crura, quo videlicet in diductione feminum gressuum vicissitudines deambulando efficiuntur. vnde etiam ἐκπεπλίχθαι διαπεπλίχθαι verba. i. egressum esse, & digressum esse apud ipsum habentur. quinetiam apud Homerum, campo hi gradiuntur aperto.
"

Deficere siquidem à nuda parte semper ferulæ & hinc & inde multum debent. semperq; id prouidendum est, ne 71
aut supra os ex ijs qui iuxta articulos natura prominent, aut supra neruum articuli impositio ferularum fiant.

Licet de vna aliqua specie agat Hippocrates multa etiam communia & generalia docere interdum solet: quod cum facit, vt non ad solam ea speciem, sed vel ad omnes, vel ad plures, vel ad ali-
C quas pertinere declaret: interdum semper sicuti nunc: interdū ad multa vtile est hoc intelligere: aliquando, ad omnia vtile hoc est: atq; huiusmodi quædam, orationi suæ adiungit. Quod. n. nunc præcipit, vere semper vtile est: neq; in femore tantum, sed in omnibus quoq; fracturis obseruandum est, quæ ferulas admittunt. tanta enim eas longitudine esse conuenit, vt nudam partem non attingant. maximeq; id cauendum esse inquit, cum extremæ ferularum partes ossium prominentijs appropinquant.

Tumores autem qui in poplite, aut pede, aut aliqua alia parte ex compressione existunt, lanis multis succidis bene 72
carminatis vino & oleo madentibus cerato sublinendo deligandæ sunt. & si ferulæ comprimant cito laxandum. gracilescerent autem, si supra ferulas linteis tenuibus ab infima parte sursum fasciando tumores deligares.

Tumores qui ex humoribus ex vehementi compressione illuc elisis existunt, atq; exurgunt: lanis multis succidis bene carminatis, oleoq; & vino irrigatis deligando curandi sunt. prius tamē cutem supra quā hæc imponenda sunt, inungi cerato iubet. tum eandem deligationem ab inferiore parte sursum faciendam censet. Ac de modo quidem deligationis ipse superius edocuit, cū vnde incipiendum, quoq; voluenda ac deducenda fascia sit, iam dixerit. de vi autem medicamento-
D rum quibus vtitur, dictum quidem fusius in proprijs tractationibus est: dicentur tamen ēt nunc summatim ea quæ ibi fuerunt declarata. Oleum igitur sensum doloris mitigat, discutiendiq; vim habet. vinum exiccat, reprimit, concoquit, emollit, discutit. patet item sordidas lanas, quæ succidæ appellantur, necnon ceratum vnà cum mitigandi vi discutere ac reprimere: vt merito ex huiusmodi medicamentis curationem constituerit. Quoniam enim tumor ab humoribus à deligatione illuc expressis maior, quàm par sit, euadit: primum spectandum in curatione eius illud est, vt quod in membro tumescente præter naturam collectum fuit, exinaniatur. id autem reprimendo, & discutiendo, & mitigando fieri maxime potest. reprimendo quidem ac discutiendo, vt prorsus, quod superuacuum illic est, euacuetur. mitigando, ne ob dolorem fluxionem pars affecta patiatur. Nam propterea in inflammatis minus discutientibus, minusq; reprimentibus vti consueuimus: quia quæ vehementem hanc vim habent, dolores irritant. Hoc consilio itaq; Hippocrates ad hanc curationem succidas lanas, id est sordes habentes, oleumq; & vinum, & ceratum assumit. Lanas autem bene carminatas esse iubet, id est subactas & concerptas, lenitudinis & mitigationis causa. quæ enim sunt lotæ, vbi carminantur, facile mollescunt: succidæ vero ob sordem non faciles carminatu, concerptuq; sunt. quocirca si negligentius subigantur dolentibus membris siccæ ac duræ occurrunt. Ideo cum sciret hoc aliquando negligentius fieri, bene carmi-

natis,

natis/adiunxit. Multas etiam assumendas inquit, vt conseruare vini & olei humorem queant. facile siquidem arefiunt, quæ paucæ sunt. Modus vero deligationis priorem scopum, sicut dictum est, seruat: vt ab intumescentibus partibus sanguinem ad superiora auertat. E

Ita enim gracilis quamcitissime tumore efficeretur. 73

Si proprie quis loqui vellet, intumescens membrum, nõ tumorem gracilem euasurum esse dixisset. is enim non gracilescere, sed tolli prorsus à nobis debet. Sed ita plerunq; veteres loquunt: & præcipue ij qui facundissimi habẽtur, neglecta ista postea exercitata in nominibus minuta loquendi curiositate: quam qui tractant, exquisitam loquendi diligentiam appellare consueuerũt. qui sanè laudandi essent, si hac sua exquisita loquendi diligentia siue loquendi proprietate, quomodocunq; voluerint nominare, clarius res, q̃ veteres scriptores, explicarent. sed ii & obscurius & humilius id faciunt, cur veterum negligentia non eligenda magis sit, non video.

Transgredereturq; supra priores deligationes. sed hoc tamen deligationis modo vtendum non est: nisi periculum sit, ne tumor aut pustulas contrahat, aut nigrescat. at nihil tale fit, nisi nimis quis fracturam comprimat, aut inclinatam habeat, aut manu scalpat, aut aliquid aliud quod irriter, corpori impingat. 74

F

Ex hac lectione alij supra deligationem ascendere humores ex tumoribus elisos volunt: alij ad loca deligationis tantum peruenire. quorum sanè discordiam iudicare, si definiatur deligatio, difficile non est. nam si remissis ferulis tumentem partem eo quo dictum est modo, deligaremus, aliquid sanguinis in loca deligationis deferretur. si vero detractis ferulis resolutaq; tota deligatione statim deintegro modo eo, quo in fracturis solemus, vsi, à tumoribusq; exorsi deligaremus: fieret vt humor elisus priorem deligationem in superiora loca trãscenderet.

Canalem siquis sub ipsum femur ita subijceret, vt poplitem non excederet, obesset is magis, quàm prodesset. non enim vetaret, quo minus aut corpus, aut tibia sine femore moueretur. nam & molestus esset popliti admotus: & quod minime decet, id facere permitteret. minime enim decet, vt genu inflectatur. nam omnem confusionem affert deligationibus siue femur sit deligatum, siue tibia, quicunq; genu inflectit. necesse quippe ei est, vt & musculi alias aliam figurationem habeant, & ossa fracta moueantur. ante omnia igitur curandum est, vt poples quoq; extentus sit. videtur igitur canalis prodesse, si simili modo à coxa vsq; ad pedem subijciatur. 75

Deinceps postquam de tumoribus dixit, de canali scribit. de quo satis à nobis dictum superius fuit. nam & velle eum docuimus, vt vel perpetuum, id est continuum & toti cruri substratum canalem subijciamus: vel penitus omittamus. & de capsula machinaria à recentioribus medicis recte excogitata, nonnulla declarauimus. G

Præterea sub poplitem mitella laxe circundanda cum canali est, non secus atq; infantes in cunis fasciantur. deinde vbi femur in superiorem partem, aut in latus versabitur, firmius cum canali ita detinebitur. Si igitur fieri debet, perpetuus faciendus, vel non faciendus canalis est. 76

Quod ait cum canali, duplici modo intelligitur à quibusdam. Alij enim extrinsecus canali circunijciendam mitellam censent: vt inquiat, mitellam laxe vtriq; rei simul esse circũdandam & popliti ægrotantis, & canali extrinsecus: vt poples ipse à mitella non ipsi, sed canali tantummodo circumiecta contineatur. Alij vero ipsi popliti extrinsecus circũijciendam mitellam putant, vt vnà cum canali ipsa quoq; crus sustentet: hoc est vnà cum subiectione canalis. eo q̃ neq; ipsa sola, neq; solus canalis ad stabilimentum sufficiant, sed vtraq; simul requirantur.

Valde autem laborandum est, vt summus calx & in tibiæ, & in fœmoris fracturis apte deponatur. nam si pes suspensus fuerit, reliqua tibia affulta: necesse est, vt in anteriore parte tibiæ ossa incurua appareant. Sin autem calce altius, q̃; conueniat fulto, tibia suppendula sit: os idem in anteriore parte tibiæ cauius iusto videatur, necesse est: præsertim si calx forte hominis magnus natura fuerit. Cæterum omnia ossa tardius corroborantur, nisi naturali situ collocata sint, in eademq; figuratione quieta permaneant: imbecilliusq; occalescunt. 77

H

Superius cum de cubiti appensione loquebatur, diximus nonnullos sine negatione, alios cum negatione suspensum legere: eosq; qui addebant negationem suspensum interpretari dependentem, ac nullo subiecto sustentaculo firmatum. contra alios qui tollendam negationem asserebãt, suspensum pro eo sumere, qui supposita mitella firmiter gestaretur, ac stabiliretur. Affultam autẽ, id est ἠρματισμένην inquit firmatam ac subnixam à verbo ἐρματίζειν, quod ἀπὸ τῶν ἐρμάτων, id est à fulcimínibus deduxit. fulcimina autem etiam apud Homerũ agnoscimus, eo versu, Fulcímina puppibus abstrahunt. erit igitur affulta pro firmata.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE FRACTVRIS COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Curationem earum fracturarum in quibus ossa denudata sunt, aut partes exulceratæ, noxarumq; gibbi cubiti, & genu absoluit.

1

Atque hæc quidem fiunt ijs, quibus fracta tantum ossa sunt, non autem extra eminent, neq; alio qui vlcus contingit.

B De simplicibus fracturis hucusq; disseruit, in quibus neq; os extra cutẽ eminet, ita vt nudum appareat, neq; omnino vlcus contigit. nã ossa extra eminere & nudari absq; musculorum qui circumiecti sunt, & cutis diuisione non posse perspicuum est. vlcus vero fieri, etiam si os fractum minime denudetur, potest. transit igitur iã ad loquendũ de fracturis, quæ vel cũ vlceratione sola, vel ossis denudatione fiũt.

2 *At quibuscunque simplici modo fracta ossa sunt, & non multifarie, si eodem die aut postero reposita, atq; in sedem suam data sint, neque sit timendum ne fragmentum aliquod recedat: quibus item licet vlcus accesserit, ossa tamen fracta non extra eminent, neque modus fracturæ is est, vt fragmentorum timeri recessus possint: ij simplici modo curandi sunt.*

Fracturarum cum vlcere duplicem curationis modum tradit: alterum, cum vel nuda aliqua ossis fracti pars, vel rescissum aliquod fragmentum comminuti ossis vrget: alterum, cum neutrum horum est, sed vlcus solum cum fractura quæ apte composita fuerit. Nam si recte extensio & conformatio adhibita fuerit, neq; extra cutẽ pars vlla ossis emineat, neq; recessio aliqua suspecta sit: in his quidem curandi speciem immutandam nõ censet. Alteram enim adhiberi vult, cum vlcus simul quidem cum fractura contigit, & os extra eminet, non timetur tamen ne aliquod fragmen-
C tum à fracto osse rescindatur: alteram, cum fractum os licet occultetur sub cute, in opinione tamẽ est aliquando separatum iri à natura aliquod fragmentum, ac per locum vlceris erupturum. Cum prima affectio contingit, modo deligationis vtendum censet, quem in fracturis sine vlcere adhiberi docuit: cum secũda accidit, modum curationis, vt deinceps discemus, immutat. melius enim est vt rem ex ipso intelligamus.

3 *Atque alij quidem qui neque magnum bonum, neq; magnum malum faciunt, vlceribus purgante aliquo medicamento impositio medentur, aut picato cerato, aut cruento, aut aliquo alio, quod facere consueuerunt. Eos ego qui plagulas vino madefactas, aut lanas succidas alligant, vel tale aliquid, laudo: vbi autem purgata vlcera fuerint, et iam coalescunt, tunc multis linteis deligare, ac dirigere ferulis conantur. Hæc sanè curatio sicut boni aliquid affert, ita malum non magnum facit. sed ossa tamen non simili modo in sedem suam coaptantur, sed aliquantulo turgidiora corpora ea parte, quàm opportunum sit, efficiuntur.*

Fracturarum cum vlcere curandarum duplicem modum ab Hippocrate tradi dixi: à quorum primo nunc incipit, eosq; prius reprehendit qui male vlcerationem illam curant, in qua vbi conformata apte fractura est, nulla suspicio est, ne fragmentum aliquod postea rescindatur. Nonnulli
D igitur medici, inquit, eis qui ita affecti sunt, inter initia quidem medentur perinde ac si vlcus solũ haberent: vbi vero satis mediocriter id se habuerit, deligationem fracturis accommodatam adhibent. summa huius orationis hæc est. longius tamen Hippocrates ipsam produxit, dum sigillatim omnia percensет. Ego eos vti curatione eiusmodi dixi, perinde ac si vlcus solũ absq; fractura contigisset, ipse ẽt ea quibus medẽtur, adiunxit: picatiq; cerati, & cruenti medicamenti, & purgantis, plagularũq; vino imbutarum mentionẽ facit. Cruentum aũt medicamentum quod inquit, i. ἔναιμον, nunc quoq; vsitatissimũ apud medicos nomen est. de illisq; medicamentis dicit, quę vulneribus statim à principio vbi facta sunt, imponunt, cum nõdum sunt sicca, sed adhuc cruentant: hoc est è cute vulnerata, aut ẽt carne sanguis rorãdo destillat. At medicamentũ purgãs illud est, quod vnà cũ eo q̃ exiccat, id quod præcipuum in vlcerum curatione esse demonstratum est: quandam ẽt abstergendi vim habet, qua vlcera pura efficit. Huiusmodi medicamẽta ex squãma æris, & æruginе componuntur duplici modo. Alij enim æruginem decoctam, alij crudam miscent: quæ cruda confecta sunt, viridia: quæ decocta, vermicula appellantur. hos enim colores præ se ferũt. Atq; hæc quidem medicamenta, quoniam mediocriter abstergunt, purgandorũ vlcerum vim habent. huiusmodi autem esse ea quæ sordem ex vlceribus expurgant, docuimus. quæ aũt absterſione carent, cruentis imponuntur. quæ ẽt ipsa non secus ac priora ex particularibus materijs variantur.

nam

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nam ſicut de illis exempli cauſa ærugine̅m,& ſquammam æris dixi, alia quoq; talia poteram eo- E
dem modo dicere:nuncq; ſatis erit, ſi abſq; purgandi vi cruenta ea medicamenta appellari dica-
mus,quæ ex bitumine conficiuntur.exempli enim cauſa hæc commemorabimus; cum omnis eo
rum materia in libris de medicamentis fuerit explicata.Picatum autem ceratum & ſenſum dolo-
ris mitigare,& pus mouere apud omnes fere conſtat:tuncq; præcipue conuenire, cum in inflam-
mationem iam vlcus inciderit.nam cum neq; ad purgandum ſorde,neq; ad glutinandum, aut ci-
catrice obducendum vlcus idoneum ſit:ad aliud vti eo poteſt nemo.At vino madefactæ plagulæ
ob vinum reprimendi vim habent.& ab ijs,qui ita curant continendi cauſa aſſumi conſueuerũt,
cum ob vlcus ſubligaminibus,id eſt faſciis ſubiectis vtantur.Sed quæcunq; ſcienda ei ſunt qui ri-
te vlcus vult curare,tum in tertio & quarto libro curatricis artis ordine vnicuiq; accommodato,
explicata ſunt:tum in explanatione quoq; libri de vlceribus quantum ſatis fuit,fuerunt comme-
morata.Nunc ad præſentem rem ſatis hæc ſunt,quæ diximus:quippe cum opus futurũ ſit,vt rur-
ſus de curatione huiuſmodi affectuum agamus, quando Hippocrates ipſe id docebit. nunc enim
de aliis medicis loquitur,inquitq; eos peccare, non tamen alicuius momẽti errorem eorum eſſe.
In quo igitur peccant:ſi hoc enim cognouerimus,illud quoq; perſpiciemus, quod inquit, neque
magnum aliquod bonum,neq; magnum malum ipſos facere. In eo videlicet error eorum conſi- F
ſtit,quòd cum vlcerationi non male prouideant, fracturam inter initia negligunt, accommoda-
tam ei deligationem poſtea adhibentes:qua vtendum, vt dixi, à principio eſt. Propterea inquit,
turgidiora oſſa euadunt.nam cum melius ſit,vt toto tempore reprimantur, & compingãtur, ipſi
primis diebus,atq; illis quidem non paucis id facere omittunt.ſiquidem,vt ait,vbi iam ad conglu
tinationem deuenerunt vlcera:ipſi tunc primum vt fracturis conuenit deligant. patet enim cum
ſuppurent vlcera,prius eſſe purganda,quam eò deueniant,vt coaleſcant. id autem trium,aut qua
tuor dierum numerum planè excedit.

Quin breuiora quoq; redduntur,quibuſcunq; vtraq; vel tibiæ vel cubiti fracta oſſa fuerint. 4

Proprium breuitatis Hippocratis eſt,vt ijs, quæ ſubiungit, quæ in ſuperioribus prætermiſſa
ſunt,declaret:id quod etiam nunc facit.cum enim prius oſſa turgidiora fieri dixerit eorum qui à
medicis ita curantur:in omnibus'ne,an aliquibus tantum id fiat,non definiuit. ſed nũc aperte ma
niſeſtat non in omnibus,ſed in illis tantum id contingere, in quibus alterum os tantum fracturã
paſſum fuerit.partes enim fractæ cum non omni curationis tempore compingantur & aſtringan
tur:non reprimuntur,ſed turgeſcunt.non tamen breuius os euadit:quia alterũ quod eſt illæſum, G
atq; integrum,ei longitudinem naturalem cõſeruat.ſed vbi duo ſimul oſſa effracta ſunt, fit vt par
tes altiores oſsium fractorum, ſicut ſuperius demonſtratum eſt, vnà cum muſculis retrahantur.
quam ob cauſam etiam ante conformationem extenſionem adhibebat.Et quia ſine accõmodata
deligatione coaptatio oſsium ſeruari non poteſt:propterea deligationi,quoad callus obducatur,
accurate ſtudendum cenſuit:quam qui negligunt,vlcerationis tantum cura habita,non ſolum in
maiorem tumorem,q̃ naturaliter conueniat,membrum inducunt:verum etiam breuius efficiũt.

Alij ſunt qui huiuſmodi fracturas linteis ſtatim curent:atq; hinc & inde linteis conuoluentes,qua vlcus eſt,in- 5
termittãt,refrigeriq; id ſinant.poſtea ſupra vlcus medicamẽto aliquo purgante impoſito,& plagulis vino imbu-
tis,& lanis ſuccidis,ita medeãtur,curatio hæc mala eſt.ueriſimileq; eſt hos qui ita curãt,cum in alijs fracturis,tum
in huiuſmodi maxime deſipere.quippe cũ præcipuum illud ſit ac maximum, vt cognoſcamus quo modo iniiciendum
initium linteorum ſit,& qua parte maxime comprimendũ,quam vtilitatẽ item conſequantur ægri,ſi quis & recte
initiũ faſciæ coniiciat,& qua maxime eſt opus,comprimat:quo contra damno afficiantur, ſi neq; recte faſciationẽ
incipiat quiſpiam,neq; qua maxime cõuenit,ſed hinc & inde tantũ compreſsionem faciat. Quæ ſanè ex vtriſq; eue
niant,& dictum etiam ſuperius eſt:& ipſa quoq; medicina teſtificatur.quippe cum neceſſe ſit, vt ei qui ita deliga- H
tur,tumor in ipſo vlcere inſurgat.

Eorum qui maxime lædunt,mentionem hic facit Hippocrates, omniaq; quæ agunt clare ex-
plicat:erroresq; ipſorum euidenter conuincit.vt ſiquis diligenter aduertere animum ijs, quæ di-
cuntur,velit,mea opera non indigeat.

Nam ſi ſanum corpus hinc et inde deligatum fuerit,in medio autem intermiſſum ſit:id qua intermiſsio facta eſt, 6
intumeſcet,ac decolorabitur.quomodo igitur vlcus hæc non patietur?

Quicquid carnoſæ ſubſtantiæ eſt appellare Hippocratem corpus, id eſt χρῶτα, quo vocabulo
hic vtitur,dictum etiam ſuperius eſt. Sed aduerte mihi animum, vt intelligas rationalem medi-
cum,ſi quod fieri debet inuenerit,longam experientiam non expectare. iſti huiuſmodi fracturã
curant vlcere non deligato,ſed vtrinq; ab eo faſciis circunjectis.& non ex ijs, quæ ipſi agunt, ſed
ex morbi malignitate,inflammatione vexari,ac male affici vlcus exiſtimant. Cũ primus qui hu-
iuſmodi curationem excogitauit,eam praua deceptus ratione inuenerit:alij vero qui eam ex con
ſuetudine ſuſceperunt,eam ſeruent,eo q̃ immutare atq; innouare quicquã non audent.ex qua re
quid aliud euenit,q̃ vt magnum malum efficiant?id enim planè omnibus cõtingit qui experiẽtia
abſq;

A abſq; ratione artes exercent.Qua re ſola ratio,cum ex ipſa rei natura profecta fiduciã habeat,quæ
ex longa conſuetudine male aguntur,audet immutare.Sed quæ ratio eſt hæc, qua fretus Hippo-
crates iſtorum curationẽ immutare eſt aggreſſus? non probabilibus ſanè aut abſurdis vſus ſum-
ptionibus,ſed ſcientiam afferentibus,& neceſſarijs. Nam ſi in ſanis corporibus modus hic deliga
tionis in mediam partem,quæ inter faſcias extat,vtrinq; ſanguinem elidens inflammationem af-
fert:quo modo in membris iam affectis idem multo magis non efficiet?

7 *Neceſſe igitur eſt, vt vlcus decoloratum,& expreſſum,& lacrymoſum euadat,nec ſuppuret:oſſaq; quæ receſſu*
ra minime erant,recedant.

Quæ ex praua deligatione accidant,hic ſcribit:quæ omnia ex magnitudine inflãmationis eue
niunt.Labra enim vlceris ob eam inuertuntur, non ſecus atq; ea quæ labra proprie appellantur,
oris videlicet,quando inflammationem patiuntur.Decolor item totus locus efficitur,atq; id non
iniuria.nam hoc quoq; inflammationem magnam conſequitur.Tum ex ipſo vlcere ſanies quæ-
dam tenuis,atq; incocta emanat:perinde atq; in oculis lachryma,cum laborãt inflammatione.in-
de enim per translationem ita affectum vlcus lachrymoſum hic vocatum eſt.Præterea donec in
B hunc modum deligata fuerit pars,concoctio nulla humoribus qui inflammationem gignunt,cõ-
tingere poterit.Accedit q̃ neceſſe erit,vt oſsium pars aliqua mora temporis noxam ex incoctorũ
humorum affluentia contrahat.quocirca niſi deſtiterit ab hac praua deligatione, qui ita curat:ni-
hil mirum erit,ſi aliquid ex ipſis receſſerit.Reliqua in tota hac oratione clara admodũ ſunt,ſiquis
attendat,vt dixi:eaq; memoria teneat,quæ prius edocuimus.omnia enim hæc ad illa referuntur,
illisq; atteſtantur,ſicut ipſe etiam Hippocrates ſignificat.

8 *Necnon pulſet ac febrile vlcus efficiatur:vt cogãtur ob intumeſcentiam emplaſtra imponere. id quod inutile ijs*
qui hinc & inde deligati ſunt,euadit:cum nihil ipſis niſi põdus quoddã inutile ad pulſum illũ ſuperueniat. Poſtremo
vero cũ iam recrudeſcit malum,faſcias reſoluunt,& ſine deligatione poſtea reliquam curationem perſequuntur. et
ſi aliquod aliud vulnus huiuſmodi deprehenderint, nihilo minus eodem modo ei medentur. neq; enim deligationem
hinc & inde factã,et vlceris refrigerationem eſſe in cauſa,ſed aliquod aliud infortunium putant. Ego quidem tam
multa hac de re minime ſcripſiſſem,niſi certo ſcirẽ,& inutilem eſſe huiuſmodi deligationem, & multos eſſe qui ita
mederentur:necnon opportunum fore,ſi dediſcerent.recte autẽ ſcripta eſſe quæ ſuperius ſcripſimus,teſtimonio illud
eſt,ſiue videlicet maxime,ſiue minime comprimendæ fracturæ ſint.Oportet autem ſummatim ita dicere: Quibuſ-
C *cunq; oſsium receſsio in expectatione nõ fuerit,ijs eadem curatio adhibenda eſt, ac ſi oſſa tantũ fracta abſq;*
vlcere ſint.nam & extenſiones & directiones oſsiũ,& deligationem eodem modo faciemus. ſuper ipſum enim vlcus
plagula tenuis duplex picato cerato illita imponenda,ac circum circa albo cerato inungendum eſt. At limea tamen &
alia latiora aliquãtulo ſcindi debent,q̃ſi vlcus non eſſet.idq; quo primo deligamus, latius multo q̃; vlcus eſſe opor-
tet.quippe cum angustiora vlcus ipſum cingãt.id autem non debet,ſed à prima circunuolutione totum corpus com-
prehendendum eſt.

Paulo ante dixit in his qui ita deligantur,ad ipſa vlcera intumeſcentiam elidi:intumeſcentiam
ὄιδησιν appellans.Nam ex praua deligatione ex vtraq; vlceris parte facta ſanguis expreſſus turgidi
tatem quandam præter naturam in medio facit: quam ὄιδος & ὀιδήμα, id eſt intumeſcentiam ſeu
tumorem nominare ipſi mos eſt.hic vero tumor,cum pulſus ei,calorq; ignitus acceſsit, eam quæ
non multo ante proprio nomine ita fuit appellata,inflammationem inducit: antiquitus enim vt
ſæpe à nobis demonſtratum eſt,incenſionem omnem φλεγμονὴν, id eſt inflammationẽ vocabant.
à temporibus vero Eraſiſtrati nomen inflammationis in conſuetudinem abire cœpit,vt de tumo
ribus illis diceretur,in quibus non tantummodo calor incenſus & flammeus,verum etiam reper
cuſsio,& pulſus exiſtit:qui ſanè ruborem quoq; neceſſario habeat. ex multo enim calore rubor
D exoritur,ſicut repercuſsio & pulſus ex oppletione. Cum poſſet autem Hippocrates loco πυρετώ-
δους, id eſt febrilis, πυρῶδες,hoc eſt igneum dicere: febrile dixit à feruore & igne deducta appel-
latione,vt ſignificet,quemadmodum mihi videtur,febrem quoq; ipſam,quæ πυρετὸς,dicitur ἀπὸ
τοῦπυρὸς,ideſt ab igne fuiſſe nominatam:eamq; eſſe febris eſſentiam, q̃ calorem igneum habeat.

9 *Ita vt hinc & inde linteum ſuperexcedat.*

Raro ab auctoribus ἔνθεν καὶ ἔνθεν, id eſt hinc & inde pro à ſuperiore & inferiore parte dicitur.
plerunq; enim cum de partibus,quæ à latere ſunt,intelligunt, vti hac loquutione conſueuerunt.
hic tamen antiquo loquendi modo Hippocrates dixit.

10 *Atque inijci quidem linteũ debet ex ipſa ad vlcus proceſsione:comprimendumq; paulo minus, quàm ſi vlcus nõ*
eſſet:deuoluendaq; deligatio,quemadmodum antea dictum fuit. Linteа autem mollia quidem ſemper ſint,magis ta
men in his,quàm ſi vlcus non eſſet:neq; pauciora q̃; quæ prius dicta ſunt:immo etiam aliquantulo plura eſſe debẽt.
Vbi deligatum fuerit,ei qui deligatus eſt affultæ quidem,non compreſſæ tamen faſciæ eſſe videãtur.dicatq; is ſupra
vlcus maxime affultas eas eſſe.ijſdemq; tẽporibus affultæ,& ijſdem laxæ eſſe videãtur,ſicut in ſuperioribus fuit de
claratum.Tertio item poſt die religandum eſt omnibus in ſimiles modos,ijs quæ ſuperius dicta ſunt, immutatis:niſi
quòd in

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quòd in vniuersum minus aliquanto hæc comprimẽda,q; illa sunt.& si pro ratione quæ verisimilia sunt, fiant:pars E
iuxta vlcus & gracilior semper reperietur:gracilia itẽ reliqua omnia,quæ à deligatione continentur.suppurationes
etiã citius q; in vlceribus quæ aliter curantur,fient.& quæcũq; caruncule in vulnere aut denigratæ, aut emortuæ
fuerint,celerius sub hac curatione,q; sub alijs circũ abrumpẽtur,atq; excident.Præterea vlcus si hoc modo curetur,
q; si alio,maturius ad cicatricem deuenit.omnium horum causa est,quòd & pars in qua est vlcus, et quæ circum cir
ca adiacent omnes,gracilescunt.

Ex processione,idest κατ' ἴξιν,semper pro ex directo ponit,aliquando per longitudinem corpo
ris,aliquando per latitudinem,quemadmodum nunc. Vult enim vt primæ fasciæ initio vel à dex
tra vel à sinistra parte vlceris posito,eam ita deuoluamus,vt totum ipsum comprehendat,ac nulla
eius pars nuda relinquatur.

Sed reliqua quidem omnia in hac curatione simili modo facienda sunt,quemadmodum si fracta ossa absq; vlcere 11
fuissent.ferulæ tamen non sunt apponendæ.propterea linteа plura esse his debent quàm cæteris:quia & minus com-
primitur,& ferulæ tardius apponuntur.

Cauet ne ferulæ vlceratis fracturis apponantur,compressionem videlicet ex ipsis formidans. F
propterea etiam linteis non esse comprimendum iussit:pluribusq; ipsis esse vtendum ob duas
has causas dixit:id quod memoria tibi tenendum est: quia & minus comprimitur, & ferulæ tar-
dius apponuntur.

Si tamen eas apposueris,non ex processione vlceris id faciendum est:sed laxe apponendæ. cauẽdumq; ne vlla ma 12
gna constrictio ex ferulis efficiatur.Dictũ autẽ hoc quoq; est in ijs quæ scripta superius sunt.accu exquisitiore,atq;
eo diutius vtendum illis est,quibus à principio vlcus contigit,quibusq; ossa extant,idq; in universum dictum sit:quo
graviora vulnera sunt,eo exquisitiore,& diuturniore victu vtendum est.

Ex processione & ex directo per longitudinem audiendum nunc est. in longitudinem enim
ferulæ apponuntur.ac prius quidem adhiberi ferulas prohibet:nunc quasi eas aliquando conce-
dat,ita inquit,si tamen ferulas apposueris:quod quomodo ipse hic,& in crure facere consueuerit,
asserere contentiose non possum, cum nullam ipse hic distinctionem subiunxerit. quod autem
ego facio,illud vero explicabo.Cum fractura cum vlcere interdum in longitudinem membri cõ
tingit,tunc ex vtraq; vlceris parte circundari ferulas licet:cum transuersum vlcus euasit,id maxi-
me si maius sit,vetat quo minus imponi ferulæ queant. G

Eadem hæc vlcerum curandorum ratio illis etiam adhibetur, quibus nullum à principio vlcus extiterat:si inter 13
medendum vel ex nimia linteorũ compressione, vel ex ferulæ infessione, vel ex aliqua alia causa factum fuerit.Co-
gnosci an vlcus subsit,potest,dolore,et pulsu:& si tumor qui in extremis extat,durus efficitur:siq; digitum impres-
seris,insurgit quidẽ,sed statim tamẽ recurrit.quod si tale quippiam suspiceris,soluendũ tibi est. ac si sub subligamini-
bus,aut aliqua alia deligationis parte prurigo sit,picato cerato pro altero vtendum est.

Nunc de vlceribus loquitur,quæ fracturis mora temporis ex ferularum deligatione superue-
niunt.causasq; exortus eorum,& notas tradit,quibus an exortum vlcus sit,cognoscere quispiam
posset.tum vbi id innotuit,in consueto deligationis modo non esse permanẽdum : sed statim de-
tractis fascijs conuenientem curationem adhibendam monet:quam ipse dilucide satis scripsit.

Sin autem nihil horũ fuerit,sed vlcus irritatum inueniatur,nigrum aliquatenus aut impurum:futurumq; sit,vt 14
carnes suppurent,nervi verò simul excidant:hi nihil prorsus sunt refrigerandi.neq; suppurationes hæ terrere nos de
bent:sed curatio est adhibenda.reliquis sanè simili modo,sicut ijs quibus à principio vlcus contigerat.

Refrigerari pro nudari videtur accipere: id est detracta fracturis accommodata deligatione, H
tanquam vlcus curare.non enim nihil imponere,& nudum penitus locum relinquere refrigera-
re appellat:cum videlicet dicat,nihil prorsus sunt refrigerandi.quandam enim mediam medendi
viam significat.ea autem est,si aliqua ex antedictis notis in vlcere apparẽte, statim deligationem
fracturis accommodatam finiamus, curationeq; vno die atq; altero adhibita, membrum modo
quo ipse sequenti oratione iubet,deligemus.

Sed linteis incipienda deligatio est ab intumescentia,quæ in extremis partibus insurrexit,admodum laxis:deinde 15
in superiorem partem fascia semper est deuoluẽda, vt compressa quidem nequaquã,sed supra vlcus maxime,in reli-
quis minus affulta sit.linteа quidem prima munda & non angusta esse debent : ac tanta multitudine,quanta si fe-
rulæ etiam adhiberentur:vel paulo minore.

In hac oratione manifeste ostendit velle, vt deligatione incipiente à tumore qui in extremis
membri partibus extitit,inde fascia continuata deuolutione sursum vsque ad fracturam, vbi est
vlcus,deferatur ita, vt hæc quæ curandorum tumorum causa fit, deligatio cum altera, quæ fra-
cturis idonea est,coniuncta vnam intentionem ex paruis conuolutionibus conflatam absoluat.
Fasciationem hanc vult affulta circa vlcus esse, id est applicatam atque inhærentem, laxæ ta-
men,

A men,ne constringat:in reliquis vero partibus fracturæ, quemadmodum in fracturis absq; vlcere
minus esse compressam.Obseruãdum enim in omni deligatione illud censet, vt ea pars maxime
cõprimatur,vnde elidendus sanguis est.linteorum aũt conuolutiones in extremis partibus, quæ
intumuerunt,fieri laxiores iubet:ea diligentia ipsis duntaxat adhibita, vt in vnam vnionẽ & con
iunctionem deligatio deducatur:non in eis præcipuam totius curationis vim constituens. non
enim nigrefacta & emortua in vlceribus,quæ nũc curat,eiusmodi sunt. de illis enim superius his
verbis inquit,Et tumor qui in extremis extat,durus efficit:siq; digitum impresseris,insurgit qui-
dem,sed statim tamen recurrit.Quæ sanè tumorum eiusmodi sunt accidentia, vt merito neq; eos
sicut molles esse negligendos,neq; eis præcipuam curationis vim,vt dixi, attribuendam censeat.

16 *Supra ipsum vlcus satis est,si plagula albo cerato illita detur.nam siue caro,siue neruus nigrefactus fuerit,exci-*
det.quippe cũ hæc huiusmodi non acribus curari,sed lenibus debeãt,non secus atq; ambusta.relignare uero tertio post
die opus est:ferulæq; non apponendæ,magisq; quiescendum q; antea est,inediæq; vacandũ.Sciendum autem est siue
caro,siue neruus ita cõputruit, vt decidere debeat:hoc modo & multo minus late proserpet,& multo citius decidet,
multoq; graciliores circum adiacentes partes erunt, q; si resolutis linteis aliquid ex purgantibus medicamẽtis supra
vlcus impositum fuerit. Adde quòd quicquid ita pure moto exciderit & citius carne repletur,& citius ad cicatricẽ
B *perducitur.quàm si illo modo, vel aliquo alio curatum sit.Præcipuum quidem in his est, vt recte et moderate deliga*
re scias.ad id tamen figurationes etiam quales esse debent, & reliquus victus, & linteorum conuenientia insuper
conducunt.

Cur acribus medicamentis curare vlcera hæc non oporteat, ipse explicauit, cum ea ambustis
compararit.quia videlicet ex commixtione acrium,& calidorum humorum existunt. simul ẽt il-
lud significauit,picatum ceratũ acrius q; album esse.pix enim quo calidior,eò ẽt acrior q; cera est.

17 *Quòd si in nuper vulneratis deceptus ossium recessionem nõ futuram esse existimaris,ea vero recessura fuerint:*
modus curationis timendus non est,nullũ enim magnum malũ inde euenet,si modo manu deligationes bonas atque
innoxias facere non ignores.

Non timendus,inquit,est curationis modus qui fracturis conuenit,etiam si signa ossium recess
sionis apparuerint:quænam ea sint,ex sequentibus discres.

18 *Si ossium recessio in hoc curationis modo futura est,nota hæc erit.pus copiosum ex vlcere emanat,glisceréq; vl-*
C *cus videtur.*

Quando copiosius est pus quod emanat, quàm vlceris magnitudini par sit: suspicandum est,
affectum os esse.quòd si glisscere quoq; vlcus videatur, quod ὀργᾶν vocat: id est ad excretionem
festinare atq; incitari pars quæ laborat:tunc pro certo id habere iam potes. Sed quo pacto incita-
ri ad excretionem locum deprehendimus? primum quidem cum labra ipsa vlceris coire inter se
nequeunt,sed dissident,atq; inuertuntur : deinde cum æger in intima membri parte motionem
quandam latentem ac tacitam sentit,si auocata ab alijs rebus mẽte & sensibus huic soli membro,
quod hæc patitur,diligenter attenderit.

19 *Frequentius igitur ob madorẽ religandum est,nam alioqui & febres oriuntur: & si valde à deligatione compri*
mantur,& vlcus,& circumiectæ partes gracilescunt.

Madorem,id est πλαδαρὸν,superfluentes humiditates appellare consueuit,siue ex tenuibus, siue
ex crassioribus humoribus constent:cuiusmodi nũc pus est:quod dixit copiosius emanare quan-
do ossis pars recessura est.

20 D *At quæcunque quidem tenuium admodum ossium receßiones sunt,nulla magna mutatione indigent.nisi vt la-*
xius deligẽtur,ne pus intercludatur:sed effluere facile queat.frequentiusq; religandum,quoad os recesserit,ferulæq;
non apponendæ.

In quibusdam exemplaribus magna non est, sed absolute est scriptum , nulla mutatione indi-
gent:sed magis videtur esse consentaneum,vt hoc modo legatur. Nam cum triplíciter deligatio-
nis ratio,quæ fracturis conuenit, immutetur , ac varietur : non ita absolute nulla mutatione esse
opus merito dixisset,præsertim cum etiam si particula ea adiuncta sit, reprehendere hominẽ for-
tasse,ac falsum esse quod dicat,asserere quispiam possit.Iubet siquidem nunc laxiora linteа deli-
gare:frequẽter resoluere ac religare:ferulasq; nõ apponere:& quarto loco id quod in vniuersum
confuluit,multitudinem linteorum,quando intentio ipsorum laxatur,augere, & ferulas non ap-
plicare.sed modus tamen deligationis fracturarum seruatur:ad quem spectans non indigere mu
tatione aliqua magna hæc dixit.subligamine enim vtendum tibi est,initioq; à parte affecta sum-
pto,terq; circum eam circunuolutione facta in superiorem partem finiendum , reliquis distribu-
tionibus linteorum,sicut ipse edocuit,deductis.Postea secundum subligamen eadem intentione
iniectum deorsum deuoluendum,ac sursum iterum retrahendũ est : laxioresq; inuolutiones eius
faciendæ:tum plagulæ,vt tradidit,imponendæ : fasciæq; desuper dandæ:sicut oĩa in fracturarum

deligatione

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

deligatione didicisti. At si magnorum ossium fragmenta fuerint recessura: deligationem fractu- E
rarum non amplius admittit, sicut in sequēti oratione declarabit. Merito igitur, nulla magna mu
tatione indigere hæc dixit. Verum si etiam absq; magna scriptum sit, ita accipi poterit, vt intelli-
gamus modum deligationis fracturarum nulla ex parte esse immutandum. nam dum & subliga
minibus vtimur, nō secus atq; illic, & initium deligationis idem facimus: primasq; inuolutiones,
ac deinceps reliquas nihilominus: simili item modo postea plagulas injcimus, easq; ipsas desup
deligamus: eundem profectò modum seruare dicendi sumus.

Cum vero maioris recessio in expectatione fuerit, siue inter initia prænoueris, siue postea aduerteris, nō amplius 21
eandem curationē requirit: sed extensiones & directiones ita faciēdæ, sicut dictum est. plagulæ vero duplices sumē-
dæ sunt latitudine non minore semidodrantali, ad vulnus tamen quod fuerit conjectando. longitudine paulo quidem
breuiores, q; vt his: sed multo longiores q; vt semel circumire fractum corpus queant. tot autē multitudine sint, quot
conducit. has vino nigro austero madefactas à media parte incipiendo, quemadmodum fascia ex duobus initijs deli-
gari solet: sic circunuoluere debes: & deinde asciatim alternatis capitibus ita dimittere.

De inuolutione fasciæ ēt in libro de ijs, quæ in medicatrina fiunt, dixit, fasciationem aliam sim
plicem, aliam rotundam, aliam asciam appellari. F



ASCIA SINCERA. INÆQVALIS

Est aūt ascia reuolutio fasciæ, quę cum parum à recto declinet, in obliquum tamen nondū eua-
dit, à fabrorum ascia, quę paululum à recto abiēs in summitate decuruatur, ita dicta. Vult igitur,
vt plagulæ hac figura membrum circundent, ita circuniectæ, quemadmodum fascia, quę ex duo-
bus initijs deligat: idest ita, vt media plagularum pars membro primū applicetur: deinde reliqua
quasi crura non orbiculariter circunuoluantur, sed paululū deflexe: vt ex opposita parte illi loco
vnde inceperant, inter se mutuo decussentur, si-
milemq; coniunctionem X literæ efficiant. id quod si orbiculariter fuissent circunducta, nunquā
euenisset. capita enim planè ex aduerso cum orbicularis cōuolutio fit, sibi mutuo occurrunt. Pla-
gularum longitudinem declarauit, cū inquit, breuiores eas paulo esse debere, quàm vt bis: & lon-
giores multo, quàm vt semel sibi mutuo occurrant. Vult enim vt sæpe ab ipsis contineatur mem G
brum, non semel ab vnaquaq; ex ipsis circūdatum. nam si in quem locū sibi occurrisset plagula,
nulla alia membri parte vlterius comprehensa, ibi desiisset: firma non fuisset detentio. dimidiam
siquidem ferè partem vlterius ab ipsis comprehendi debere significat, cum inquit, & paulo mino
res eas esse debere, quàm vt bis: & multo maiores, quàm vt semel circundare membrum queant.
id autem fiet, si in media parte rotunditatis membri desinant. Quare si pedali lōgitudine esse de-
berent, vt semel circuirent: sesquipedali faciendæ sunt, vt in medio desinant: tanta parte eis adiun
cta, quanta à sesquipedali longitudine deficiebant. conjectanda igitur diligenter ubi est membri
crassitudo, quo tanta longitudine efficere plagulas possis, vt vna & dimidia circūuolutione mē-
brum complectantur. Q; si conjecturæ tuæ non admodum fidas, longitudinem exacte inuenies,
si alteri sano membro eas circumieceris. Perspicuum præterea illud est plagulas has ita continen-
ter ac proxime inter se esse conjciendas, vt nullus in medio vacuus relinquatur locus. Vino autē
madefaciendas censet, quod colore nigrum sit, sapore austerum, crassum constitutione. nigrum
enim & austerum ad huiusmodi affectus vtilissimum est: cum & commune bonum, cuius causa
assumitur, afferat: & reliquis astringentibus minus mordax sit. id quod in huiusmodi curationi-
bus non leue existimari debet: quippe cum, vt docuimus, ex dolore inflammationes orianť. vnde H
ēt si nō admodum, sed mediocriter austerū sit, magis probatur. quod. n. admodum austerum est,
cum carnem supra q̄ oporteat, contrahat & compingat: dolorem inducit. quin ēt quod substantia
tenue est, cuiusmodi est album, aut flauum, aut vermiculum: huic rei ex eo ineptum iudicatur, q;
in totam vlceratæ carnis profunditatem penetrans ex constrictione, & compactione quam facit,
sensum maiorē doloris affert. at crassum quale est nigrum, cū non alte in carnem penetret, sed sola
qualitatis diffusione ipsam refrigeret & contrahat: humores qui iam in ea continentur, reprimit:
influentes sistit. Ac ratio quidem nigro & austero ita attestatur. Sed si experimento quoq; velis
vim eius tentare, ac supra maxima & grauissima vulnera eo vtaris: me verum esse deprehendes.
Dictum autem etiam superius est, eo subinde madefaciendum vlcus esse: propterea quòd cū lin-
tea impositia paulatim exiccentur & calefiant: inflammatio, præcipue æstate, consequatur necesse
est. Quo tempore ego multos curaui, qui apud nos Pergami in singularibus gladiaturæ certami-
nibus, quæ à pontificibus celebrari consueuerunt, pessime fuerant fauciati. Supra vulnus compli
cata linteola vino huiusmodi madentia imponebam: supraq; ea spongias molles extrinsecus da-
bam: tum per totū ferè diem, totamq; noctem madefaciebā, subiecto prius corio leniter concauo
sub membro vulnerato ad pedes, vt per id quasi per riuulum vinū ex infusione defluueret: in pel-
uimq;

A uimq; vacuam, quæ id exciperet, exinaniretur: in quam quod defluxerat vinum iterum sumptū
denuo infundebam. Nam præter alia quæ hoc vinum in se habet commoda, illud est maximum,
q; hebeti odore præditum est. cum enim alia quæ hunc odorem habent, caput vehementer fe-
riant: nigrum austerum neque hac in parte lædionem vllam affert. Odoris autem hęc imbecillitas
ex frigiditate temperaturæ ei contingit. vinum enim austerum ex terrestri substantia constare in
libris de medicamentis demonstratum est. quare cum huiusmodi vinum ex terrestri commixtio-
ne frigida austerum euaserit: calidos vapores sursum emittere non potest. Dixi autem in princi-
pio etiam statim horum commentariorum, propterea quòd multi sunt, qui in huiusmodi perfu-
sionibus aberrant, qualem ego in gladiatoribus adhibebam: ceratum liquidum quod in simplici-
bus fracturis assumimus, licet vino sit longe imbecillius, eā vim tamen habere, vt efficere ea qui-
bus opus est, satis possit.

22 *Hæc & ad ipsum vlcus facienda, & hinc & inde ab vlcere, neque comprimendum, nisi quantum fulcimenti*
causa sufficiat.

Rursus hic non de latitudine, sed de longitudine membri intelligit, cum hinc & inde dicit. ser-
B uat enim perpetuum illud præceptum, quo iussit, vt deligatio semper nō parum, præcipue in ma
gnis affectionibus sanæ partis occupet.

23 *Supra vlcus autem picatum ceratum dandum est: aut aliquid ex ijs quæ cruentis sunt accommodata, aut ex alijs*
medicamentis quod irrigationi connutritum sit.

Præcipua curationis vis in deligatione consistit primis diebus, quando ab vlceratis partibus
quicquid humoris eò iam defluxit, elidendum: & quod ex superioribus partibus influit, prohi-
bendum est. à tertio vero die picatum ceratum, cum ea quæ in vlcere sunt, concoquat, vtilius ad-
hibetur. sed Hippocrates statim à principio cum ipso facultatem etiam vini assumit: cum nō tota
substantia id vlcerato loco occurrere, sed per qualitatis diffusionem velit: ne aliqua molestia ex
astrictione afferatur. non enim gladio illatum vulnus nunc curat: sed quod omnino contusam
vel magis vel minus circum circa carnem habet. quippe cum ea quæ fracturam inducunt, carnis
etiam aliquid contundere consueuerint. Merito igitur aliquid etiam cruenti medicamēti super-
injciendum censet, quod contusis cōducit, mitigationemq; affert. quod tamen habere vim eam
C vult, vt infusionem extrinsecus non repudiet, sed admittat: id est cōueniens ei, consentiensq; sit.
id enim connutritum hic significat.

24 *Si æstiuum tempus est, plagulæ vino frequenter sunt irrigandæ: si hyemale, lanæ multæ succidæ ex vino & oleo*
superimponendæ sunt.

Quoniam in huiusmodi affectionibus nimia refrigeratio conuulsionis interdum periculum
affert: vino autem frigido tam habitu q; facultate vtendum est: iccirco veritus ne molestia aliqua
per hyemem contingat, in qua ad curationis modum temporis quoq; frigus accesserit: lanarum su-
perpositione, mixtioneq; olei refrigerationis vehemētiam obtundit. Vult autem lanas succidas
esse ob sordes, quæ cum caliditate frigiditatis etiam nonnihil obtinent.

25 *Petulca præterea substernenda est: defluuiaq; obseruanda, vt effluere facile possint.*

Siue capræ siue alicuius alterius pellis petulca, id est ἐριόλαν appelletur, disputare hic superuaca-
neum puto. non enim de verborum interpretationibus, sed de curationibus morborū hic agere
nobis propositum est: ad quam satis est, si cognouerimus rarā non densam pellem eam esse debe-
re, quæ substernitur. quæ non solum quicquid ex infusione confluit, verum ēt sanies quæ eluun-
D tur, excipere queat, ac deriuare: ita figurata in partibus iuxta pedes, sicut superius diximus.

26 *Memoriaq; id tenendum, loca hæc, si multo tempore eadem figuratione permaneant, intertrigines curatu diffi-*
ciles contrahere.

Partes circa os sacrum, quod etiam latum appellant, cum calefiunt, & torpore aduruntur, sub
ipsa etiam cute vlcera curatu difficilia faciunt. post cutem enim chartilaginea qsium capita sunt,
quæ nudata difficulter sanescunt.

27 *Quos autem deligatione sanare non potes aliquo modo ex ijs qui antedicti sunt, aut dicentur: in primis curādum*
est, vt ij dispositę fractam corporis partem è directo detineant: attendēdumq; vt sursum magis q; deorsum vergat.

Non exquisite è directo tenendum esse crus censet: sed ita, vt aliquāto altior extrema pars sit.
Nam sicut dictum etiā superius à me est, figuratio decliuis facit, vt plus humoris in crus defluat:
accliuis dolorem creat. Quapropter decliuis semper fugienda est: accliuis quoad dolore non affi-
citur crus, eatenus admittenda.

28 *Si vero bene quis & facile vult operari, is adhibere etiam medicamenta debet, ut pars corporis fracta iusta et nō*
violēta extensione distendatur. machinamentis autem vti in tibia maxime licet. Nōnulli sunt qui in omnibus tibiæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

fracturis & quæ deligantur, & quæ nõ deligãtur, pedem extremum lecto, aut alicui alteri ligno iuxta lectũ defosso E
alligent. ij sanè mala omnia, & bonum nullum efficiunt, neq; enim extensioni adiumentum vllum hæc affert alligatio, cum nihilo minus reliquum corpus ad pedem concessurum sit: neq; ad directionem quicq; prodest, immo officit. si enim reliquum corpus vel hac vel illac versetur: vinculum non vetabit, quo minus pes & ossa pedi annexa corporis motionem sequantur. quin si non fuisset alligatus pes, minor fieret distortio: quippe cum minus in motione reliqui corporis destitueretur.

De extensione quæ instrumentis fit, quæ totum membrum æqualiter extendit, & nullam eius partem vel magis vel minus extendi sinit, de qua & prius egit, & nunc etiam dicit: à nobis quoq; superius latius fuit declaratum. quæ vero de ijs qui summum pedem alligant, nunc scribit Hippocrates, perspicua sunt. his igitur omissis, ad ea quæ de sphæris tradit, descendemus.

Quod siquis sphæras duas ex aluta ægyptia consuat tales, cuiusmodi gestare illi solent, qui magnis compedibus 29
vincti sunt. quæ quidem sphæræ tunicas hinc & inde habeant, à parte vulneris profundiores, breuiores ab articulis. quæ tumidæ sint & molles: ita vt altera supra malleolos, altera infra genu cruri coaptari queat. tum à latere vnaquæq; geminas vtrinq; appendices annexas habeat è simplici vel duplici loro, breues illas quidem, perinde atque ansas, ex vtraq; malleolorum parte alias, alias vtrinque à genu. nam & superior sphæra tales alteras è directo habere F
etiam ipsa debet. postea corneis virgis sumptis æqualibus inter se magnitudine, crassitudine digitali, longitudine vero ea, vt inflexæ in appendices apte inserantur.



Oratio hęc de sphęris mihi quidem aperta esse adeo videt, vt explicãda à me aliter nõ sit. quia tamẽ nonnulli sunt qui sæpe dicant, se ignorare ea q̃ ab Hippocrate dicuntur: quid agam dubito. Nam corã ijs qui dicunt se hæc nõ intelligere, sphæras ipsas in medium profero: G ac dũ legitur liber, sigillatim vnũquodq; quod inquit, parti illi sphæram applico de qua loquitur: atq; ita orationem totam claram ac manifestam reddo: Dum scribo autem, quia in libro monstrari sphæræ non possunt: haud scio quo pacto declarari oratio hæc queat. nam si quis Hippocratis perspicuam loquutionem nõ intelligit: is quo modo meam percepturus sit, non video. Quocirca hunc monendum esse censerim, vt sæpe orationem hanc perlegat, diligẽterq; ei animum aduertat. nam si ita fecerit, haud dubito, quin si non antea potuit, nunc saltem prorsus eã intellecturus sit. Quin ego quoq; quicquid facere ad intelligentiam aliquam eius posse existimo, in præsentia non omittã. Sphæræ igitur hic accipiendæ sunt non pro globis aut pilis eiusmodi, vt sunt illæ quibus pueri ludere consueuerunt (essent enim prorsus vndequaq; rotundæ) sed pro circulis & spiris quæ similes compedibus sunt, vt ipse inquit. Cõparatio facile percipi potest. Similes eas intellige anguibus, aut oblon- H
gis farciminibus. Quemadmodum enim coqui interiorem intestinorum inanitatem similagine & contusis carnibus, alijsq; nõnullis farcientes lucanicas conficiunt: sic tu ad similitudinẽ inanis intestini alutam consutam tomento, aut molli aliqua alia re compleas, ac confarcias. Alutam autẽ ægyptiam esse vult, hoc est validam ac mollem. cuiusmodi si in Italia, aut Thracia, aut alibi terrarum inueneris, ægyptia tibi pellis requirenda non erit. Tanta autem huius consutæ alutæ longitudo sit, vt crus supra talos orbiculariter comprehendat, non secus ac cõpedes: simili modo, quoq; infra genu. duæ enim in vnoquoq; crure sphæræ esse debent. Vnde etiam plura tibi harum sphærarum paria præparanda sunt, quæ magnitudine inter se differant: vt vnum par maiori cruri: alterum minori applicetur, quodcunq; ex ipsis vnicuiq; accommodabitur. Oportet autẽ tunicas harum spirarum non prorsus teretes esse, neq; omnino & latitudine & altitudine æquales: sed qua parte corpori inhærent quodam modo sensim dilatari, ac planæ esse debent: rotundæ vero, quia in altum conuertuntur, sed neq; id admodum exquisite. ex interioribus enim partibus in altum protenduntur: inde vero per externas partes rotundas earum descensus vsque ad carnem fertur: quarum quidem externarum partium in inferiore spira depressior atq; humilior est, quæ pedi: in superiore sublimior, quæ genu appropinquat, quibus ita cõstitutis appendices in vtraq; hinc inde

duplices

A duplices instar aurium annecti vult: ita vt aliæ in inferiore spira concauitatem & sinum sursum spectantem versus genu habeant: quæ in superiore sunt, è contrario deorsum. has autem ansas vtriq; spiræ à lateribus, eius, videlicet partis quam altissimam diximus, hinc & inde annectendas censet: in quas quatuor virgarum capita conijciantur. virgæ autem conijci eodem tempore illico debent inflexis ea causa paululum capitibus, vt conjectæ dum redire in naturalem rectitudinem nituntur, spiram inferiorem deorsum, superiorem sursum impellant. Quod cum fit, euenit, vt simul & partes fractæ in conformatione exacta seruentur: & sursum altera, altera deorsum distendantur. Virgas esse corneas iubet ob ligni soliditatem: cuiusmodi lignum ad vsus hos magis esse idoneum perspicuum est. De capsula quidem machinaria q̃ vtilis ad huiusmodi distentiones sit, in superiore libro dictum à me est: vbi fabricam quoq; eius explicauimus.

30 *Id studens, vt extremæ virgarum partes non in corpus, sed in extremas sphærarum eminentias impingant. tria autem vel plura etiam virgarum paria haberi debent, alia aliis aliquantulo longiora, alia breuiora & minora: vt si magis distendere voluerit, possit. virgæ vtræq; hinc & inde à malleolorum parte collocandæ sunt.*

Impingant inquit, id est innitantur & firmentur. Vult enim vt virgæ quæ inter spiras vtrasq; B collocatæ alteram sursum, alteram deorsum impellunt: corpus ipsum, id est cutem & carnem non attingant: sed suspensæ in appendicibus spirarum infixæ innitantur: quas, vt dixi, ob soliditatem materiæ esse corneas iubet: vt violenter inflexæ, posteaq̃ iniectæ in ansulas fuerint: in pristinam rectitudinem reducantur. perspicuum enim est, eas, si ita fiet, tantum spiras sursum ac deorsum repulsuras esse: quantum extentæ in longitudinem creuerint.

31 *Hæc igitur si bene machinatus fuerit: & extensionem iustam efficiet, & æqualem ex directo: vulneri item dolorem nullum afferet: & expressiones, si quicq; exprimetur, tum ad pedem, tum ad femur abducentur: & virgæ bene dispositæ erunt aliæ hinc, aliæ inde à malleolorum parte, vt tibiæ positio minime impediatur: vulnusq; bene & impingat, & sustentetur.*

Iustam dixi appellari ab eo æqualem: vnde æqualem seu æquam idem esse quispiã posset existimare. sed æquum seu æquale in partibus vnius rei existit: iustum de duabus rebus ad minimũ dicitur. Iccirco nunc iustam extensionem dici intelligendum est & penes distentionem, quã duæ hæ spiræ efficiunt: & penes virgas corneas, quæ in ipsas iniiciũtur. Æqualem autem penes vnamquanq; ipsarum tm̃: eam videlicet quæ ad malleolos fit tantum: aut eam quæ ad genu: tum penes C eam quæ fit à virga quæ à dextra parte est, tum penes eam quæ à virga fit, quæ est à sinistra.

32 *Neq; enim impedimento illud est, si quis duas virgas voluerit, quæ superiores sunt, inter se iungere: & si quis leuiter superponere aliquid voluerit, vt quod superponitur à vulnere suspensum sit. Si igitur sit hæc mites, & pulchræ, & molles, & vacuæ consutæ fuerint, & virgarum intentio recte fuerit intenta, quemadmodum iam dictum est: vtile erit machinamentum. at si horum aliquid non bene se habuerit: lædet magis, q̃; proderit. oportet autem vt & alia machinamenta vel bene machinemur, vel non machinemur. turpe enim est, ab arteq; alienum, si in machinamentis efficiendis machinatione careamus.*

Quatuor erant virgæ, ex alterutra tibiæ parte duæ: desuper sublimior altera, altera humilior. duas igitur sublimiores posse inter se iungi ac colligari inquit, vt rectæ permaneant. ne ex violenta inflexione, qua inflexæ fuerant, retortæ in vicinas partes distorqueantur.

33 *Pleriq; tamen ex medicis fracturas & cũ vlceribus et sine vlceribus primis diebus lanis succidis curant. nihilq; hoc præter artem esse ipsis videtur. Nam qui in recenter vulneratis, quia non habent lintea, vti lanis coguntur, ijs ignoscendũ maxime est, neq; n. quispiam ad deligandã huiusmodi habere aliquid aliud potest, quod multo melius q̃; lana sit. quanquam esse ea debet quamplurima, & valde bene elaborata, & non aspera. nam si pauca sit & praua,* D
imbecillam quoq; vim habet. At qui ad vnum aut duos dies lanis sibi esse deligandum censent, tertio vero et quarto linteis deligando cõprimunt, & tunc maxime extendunt: ij multum in medicina & valde opportuna in re deliquũt. Tertio enim & quarto die vulnera omnia minime sunt exagitãda. et, vt in summa dicam, scalpelli quoq; omnes admotiones vitandæ his diebus sunt, omniaq; alia quibus vulnera irritantur. plerunq; n. tertius & quartus dies in pleriq; vulneribus rebellationes parit. & illis quæ in inflammationem, & sordes incitantur, et quæcunq; in febres tendunt. Vnde magni admodum momenti perinde ac quoduis documentum hoc est. cum quo enim quod opportunissimũ in medicina sit, non in vlceribus tantum, verum etiam in multis alijs morbis communicationem non habet.

Prauam medicorũ consuetudinem emendare vult, qui melius esse putant, si fractum membrũ non statim extendant: sed vbi prius duobus aut tribus diebus mitigarint, tunc demum tertio aut quarto die post initiũ ad extensionẽ deueniant. Hippocrates. n. id quod maxime huic contrariũ est, conuenire ostendit, vt in principio membrũ extendat: in tertio vero aut quarto die mitigationes adhibeant. Si igit animum aduertas ijs q̃ hic ab eo scripta sunt, oĩa patebunt. clare. n. explicat,

Nisi quis alios quoq; morbos vlcera esse dixerit. nam hæc etiam quandam habet æquitatem oratio.

34 Æquitatem. i. ἐπιείκειαν, pro probabilitate hic sumit, & verisimilitudine, hoc autẽ inquit pro-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

pterea quòd nonnullæ orationes penitus improbabiles atq; absurdæ sunt. Sed quæ probabilitas E
esse in hoc potest quod dicunt nonnulli, dum reliquos morbos quoq; esse vlcera asserunt. Dolorem quidem afferentes morbos in vlcerum genere constituí probabile admodum est. quippe cũ demonstratum iam à nobis sit, & ex continui dissolutione dum inciditur corpus, aut intenditur, aut colliditur, & ex intemperatura dolorem existere. continui autem dissolutionẽ esse vlcus cuilibet perspicuum est. Repentinam quoq; mutationem in temperatura, solutionem quoq; ipsam continui efficere, in libris de medicamentis demonstratum est. caliditatẽ enim penetrare, & quasi perrodere id quod continuum est, patet. Quod vero vehementer astringit, quandam dissolutionem continuo afferre, dum repente contrahit quod diffusum est: in ijsdẽ libris demonstrauimus. vt in hoc probabilis oratio hæc futura sit, immo etiam vera, dum dolorem omnem in vlcerum genere constituit. Si autem omnes quoq; morbos vlcera appellet quispiam, licet non ita verum, nõ prorsus tamen à probabilitate erit alienum. nam quia plerisq; morbi cum dolore existũt, à plerisq; ad omnes fieri transitus poterit: si omnino quispiam in toto corpore aut intemperaturam aliquã, aut collisionem, aut distentionem, aut manifestam continui diuisionem cõtingere asserat: deinde necessitatem afferat, subiungens omnem intemperaturam aliquam omnino continui dissolutionem si non sensui euidentem, rationi certe cõtemplabilem & veram efficere: distentionem vero F
& contusionem, & collisionem sine vlla dubitatione multo magis. quippe cũ ea quæ hoc patiuntur, eò q̃ proxime accedant, vt diuellantur: quæ continui dissolutio est.

Multifarie enim alia alijs inter se fratrant. 35

Quod solemus dicere nos similia inter se sunt, & communicant, & cognationem habent: id dicere Hippocrates ἀδελφισμὸν. i. fratrant, consueuit, maximam rerum similitudinem & cognationẽ nomine hoc præ se ferens. nam cum multa cognata inter se sint, nihil familiarius ac cognatius q̃ fratres videntur. quasi igitur maxima conuenientia & similitudo eandem vim cum fraternitate habeat: eam verbo hoc fratrandi appellat.

At qui lanis sibi vtendum putãt, quoad septem dies præterierint, deinde extendendum ac dirigendum mẽbrum, linteisq; deligandum: ij non ita desipere videntur. nã & opportunissimum inflammationi tempus præterijt: & ossa laxa iam, & disposita post hos dies sunt. longe tamen curatio hæc ab ea superatur, quæ inter initia linteis deligat. ille siquidem modus ægros præparat, atq; efficit, vt septimo die ad deligationem cum ferulis suscipiendam idonei euadant, hic longe posterior est. 36 G

Cum superiori oratione eos reprehenderit, qui tertio aut quarto die fracturis accommodatam curationem incipiebant: nunc ad eos transit, qui post septimum diem eandem aggrediuntur. inquitq; hos in eo minus peccare, q̃ partibus inflammatione minus vexatis distentionem adhibẽt. nam illos qui tertio aut quarto die idem faciebant, quo maxime tẽpore lenire ac mitigare inflammationem est opus: non leue peccatum committere ostendit.

Nocumentaq; alia quædam habet: quæ omnia longum esset commemorare. 37

Vbi longitudinem temporis damnauit, in ijs qui fracturis accommodatam curationem post septimum diem incipiunt: præter eam inquit alia quoq; nocumenta euenire, quæ, ne prolixior sit, quàm oporteat, omittit. sed nos ea subiungemus ex ijs quæ superius ostendimus. Si mediocris sit fractura, ex tali deligatione segniora, sicut superius docuimus, membra efficiuntur. Si vehementiori & maligniori modo membrum fuerit effractum, & curatio fracturis conueniens post septimum diem differatur: periculum est, ne aliquod os fideretur & corrumpatur. A principio enim assumi eam vult, propterea quòd à partibus affectis superfluentem copiam sanguinis in vtranq; partem elidit. quæ si ibi immoretur, interdum fit, vt ossa quoq; à praua sanie corro- H
sa exputrescant.

Iam vero quibus ossa fracta & extra eminentia in suam sedem collocari non possunt: ijs hæc constitutio est. 38

Græcis, qui in Asia habitant, mos est, vt constituere dicant pro eo quod est restituere & in propriam sedem reducere. inde mihi videtur Hippocrates constitutionis nomen. i. κατασάσεως sumpsisse: vt idem significet, quod collocatio & restitutio, quæ est in sedem repositio. Male igitur nõnulli κατάτασις absq; σ. i. extensio scribunt. cum non per extensionem tantum, verum etiam per molitionem nudata ossa in propriam sedem collocentur.

Ferramenta quædam parua facienda sunt eo modo quo sunt vectes, quibus lapicidæ vti solent: parte altera latiora, altera angustiora. quæ esse debent tria vel etiam plura, vt maxime congruentibus vti quispiã possit. deinde opus est, vt inter extendendum vnum ex his injiciamus, ita vt inferiore sui parte depressiori ossis parti subiectum, superiore eminentiori innixum moliatur. Atq; vt semel dicam, non secus ac siquis vel lapidem vel lignum valide moliretur. Sint autem hæc ferramenta valida quammaxime potest, ne inflectantur. hoc magnum præsidium est, si & ferramenta idonea sint, & molitio vt debet, efficiatur. 39

Ferramenta

A 

Ferramenta hæc forma proculdubio nõ magnitudine similia esse ijs inquit quibus lapicidæ vtuntur, nam quæ adhibere ad trudenda ossa ac molienda consueuimus, nõ maiora ijs sunt, quę ad dentium euulsionem à nobis præparant. Plura autem habere præparata huiusmodi ferramẽta hic debemus, quæ inter se & magnitudine & paruitate differant, in extrema videlicet sui parte, qua maxime exercere opus solemus. Quo modo autem vti ferramẽtis his debeamus, Hippocrates ipse manifeste declarat. vt siquis hominis loquutionem non percipit, is non explanatione neq; interpretatione alia videatur indigere, sed inspectione. quippe cum nõnullæ res eiusmodi sint, vt nisi eas inspiciat, neq; credere, neq; intelligere quispiam possit.

40 B *Nam quæcunq; ab hominibus accommodate machinamenta excogitantur valentissima omnium tria hæc sunt: asini circũactio, molitio, & discuneatio. absq; horum autem aut vno aut omnibus nullum ex validissimis operibus homines exequuntur. Hæc igitur molitio spernenda minime est. nam uel hoc modo, uel nullo alio ossa in suam sedem compellentur. Quòd si pars ossis quæ sursum euasit, præacutum quippiam præferat, ineptaq; ob id ad sedẽ vecti exhibendam sit: interlimandum illud est, quo vectis insidere firmiter queat. molitione hac vtendum, atq; intendendum eodem die, aut postero, non autem tertio: quarto vero aut quinto minime. his enim diebus siue non reponas, sed molestes: siue reponas, inflammationem afferes.*

Asinos & asellos axes vocat, quos ẽt suculas dicimus. horum circũactionem esse vnum ex valentissimis inquit: quemadmodum etiam molitionem quæ vectibus fit, & discuneationem. Discuneatio autem appellatur lignorum per cuneos adactos disruptio ac discisio.

41 *Si tamen reponas, conuulsionem magis induces, q̃; si reponere non potueris. Hæc probe scienda sunt. nã si ubi repo sueris, conuulsio superuenerit: non multæ salutis spes sunt. quin retro expellẽdum os est, si id fieri sine molestia possit.*

Cur cõuulsiones fiant in omnibus hmõi affectionibus, si ossa reponant, deinceps oĩa subiungit. satisq; habet si, sicut de alijs multis ad artẽ opportunis, ita de his quoq; semel tm̃ dixerit: eandem rationẽ ad omnia à nobis transferendam censens, quæ eiusdẽ naturæ fuerint. Iam igitur orationem eius tibi ascribam, in qua generale hoc, quod multis particularibus commune est, docet. C

42 *Non enim laxioribus quàm opportunum sit, conuulsiones superueniunt, & rigores: sed magis intentis. qua de re igitur nunc sermo est, non oportet vexare in antedictis his diebus: sed dare operam vt & minime inflammetur vlcus, & ad pus maxime perueniat. Vbi autem septem dies præterierint, vel paulo plures, si febre caruerit, vlcusq; nõ fuerit inflammatum: tunc minus obstat, quin tentes reponere. si obtenturum te esse speres. sin minus, nulla frustra inferenda, & suscipienda molestia est. Si ossa vero in sedem suã reposueris, tradita sunt rationes quibus curare oporteat: siue recessura ossa speraueris, siue non recessura. nam si speres: linteis modo eo quo dixi, in huiusmodi omnibus facienda deligatio est, a medio vt plurimum incipiendo, sicut ex duobus initijs fascia subligatur.*

Didicimus in libris de musculorum motu vniuscuiusq; musculi operationem fieri, cum ad propriam originem retrahitur. hoc autem cum inuitis nobis fit ex inflãmationis magnitudine, conuulsiones efficiuntur. Quod cur contingat, si ossa alternata tam in fracturis q̃ in luxationibus fuerint reposita, illud est: (in hoc enim quæstionis huius solutio maxime consistit) q̃ in fracturis & luxationibus breuius q̃ erat membrum euadit, cum pars ossium aliqua cutem perforauit: vbi vero D ossa in naturalem sedem redierunt, prístinam longitudinem recipit. quare etiam inflammati musculi simul cum toto membro coguntur extendi, atq; ita duplici extensione afficiuntur & ea quã ex inflammatione habebant, & ea quam tunc insuper accipiunt.

43 *Coniectandum autem ad formam vlceris est, vt minime hians & digrediens inter deligandum sit.*

Per translationem vtrisq; his verbis vsus est. nam & hians quod est σεσηρός. i. ringens, de labijs oris dicitur. digrediens. i. ἐκπεπλυγμένον, de cruribus gradum facientibus, atq; inter se distantibus. crurũ enim diductio πλίκτα. i. digressio appellatur, & πλυχὰς gressura, sicut dictum est. quemadmodum hiare seu ringere. i. σεσηρέναι labra aperire dicimus absq; vlla mandibulæ motione, ita vt dentes inter se coniuncti appareant. Cauendum igitur inquit, ne in deligatione labra vlceris expansa faciamus. vult enim vt ea partibus cutis situm suum recipientibus, inter se contrahamus et cogamus. eo quòd si ita fecerimus, locus minus comprimetur, & subiectũ vlcus in musculis suis maxime conseruabitur. Sciendum enim tibi est omnia quæ sub cute sunt cute admodum gaudere: nihilq; quod subiectum ipsi est, ea denudari absq; detrimento posse. Sed quid mirum, si ea quę proprium, & cognatum ex cute tegumentum habent, eo semper delectentur: ab alijs vero omnibus male & moleste afficiantur? Vnde ego sæpe cum partes cutis miníme præciderim, sed quod

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

detractum fuerat,extrinsecus superimposuerim:glutinari id animaduerti: quodq; magis mirandum est,cum statim ex ictu nigrefactus locus esset.quinetiam maiore admiratione dignum illud est,quòd non in adolescentibus tantummodo,sed in senibus quoq; nõ paucis cum detractas huiusmodi cutis partes plagæ iam nigrefactæ applicuissemus,adhærere ac cõglutinari eas vidimus. Si vero excoriata caro ita nuda relinquatur, difficulter sanescit. vt omittam quòd morsionibus prorsus afficitur,& sordescit.nam medicamenta inflammationes sedantia,& mitigãtia, cuiusmodi est id quod humidum hoc est πάνυγρον nominatur, & quatuor medicamentorum facultas quã τετραφάρμακον appellant:absq; inflammatione quidem affectam partem seruant:sordidum tamen vlcus reddunt.at quæ vlcus purgant, vtpote extergendi vi prædita sensum morsionis afferunt. Cum vero à cute contecta est excoriatio:nihil horum patitur. Huic simile est id quod in pustulis fit:quæ multis de causis exoriri consueuerunt,in tumoremq; exurgere, magnumq; dolorem interdum afferre.eas eodem modo curo.acuta acu pustulam pungo, expressoq; inde sensim humore cutem adiacentem relinquo.& cum euenit,vt rursus foramine occluso repleatur: iterũ eodem modo pungitur,expressoq; humore cutis carni applicatur, ac deprimitur: seruaturq; ita, quoad quod sub ipsa carne vlceratum est,consolidetur.Hæc dicta a me sunt, vt manifeste perspiciamus, omne vlcus indigere,vt cognata cute contegatur. Vlcus vero de quo nunc agitur,nõ quodlibet est & leue,sed in quo tota caro per totam altitudinem diuisa ossibus est.non enim per cutem ossa eminere extra potuissent,nisi prius tota caro fuisset dissecta. quã sanè operiri sua cute longe melius est.si enim nuda relinquatur,substantias ipsas impositorum medicamentorum attingens ab oleo confectis,& mitigantibus sordescit:a purgantibus quæ extergunt, mordetur.Sin autem facultates medicamentorum quæ imponuntur,absq; substantia in affectam carnem per cutem penetrauerint:sicut ipsi proderunt,ita nullum huiusmodi malum afferent.Merito igitur Hippocrates in id præcipue dandam operam censet,vt talium vlcerum labra inter se cogantur:id autem recte efficies,si formam ipsorum exacte contemplatus fueris.Nam si alterum ex labris inuersum in latus inspexeris:inde deligatione orsa in contrariam partem conuertes. si vtraque eodem modo hient:ea fascia ex duobus initijs iniecta inter se applicabis ac coges.

Alijs enim coalitum est, vt ad dexteram,alijs vt ad sinistram,alijs vt ex duobus initijs deligentur. Quæcunque autem ossa frustrata repositione fuerint,ea scire licet recessura esse:& quæcunq; penitus carnibus nudata sunt.Nudatur autem nonnullorum superior pars:nonnullorum circum circa carnes emoriuntur. 44

Coalitum est.i.connutritum & accõmodatum est,& congruum dixit, translatione vtilitatem afferente vsus.vnde etiam notatum à me est.translatione siquidem alij quoq; omnes in dicendo periti ad euidentiorem rei explicationem vti consueuerunt.

Aliorum ex veteri vulnere ossa quædam emarcuerũt,aliorum minime.atq; aliorum magis, aliorũ minus.atq; horum ipsorum quædam parua,quædam item magna. ac propterea vno nomine dici non potest, quando recessura ossa sint.alia enim ex paruitate, alia ex eo quòd in extremo sunt,citius recedunt.alia vero non recedunt, sed arefacta,& marcida effecta desquammantur.ad hæc autem curatio etiam curatione differt.Vtplurimum tamen ossa eorum citissime recedunt:quorum citissime suppurationes,citissimæ item & pulcherrimæ carnis excrescẽtiæ fiunt. subnascentes enim carnes in noxa ipsa ossa plerunq; suspendunt.Totus tamen testæ ossis circulus si in quadraginta diebus recesserit:bene recedet.nonnulla enim ad sexaginta vsq; dies perueniunt.quæ enim sunt rariora, maturius: quæ sunt solidiora,tardius:reliqua quæ minora sunt,multum intra hoc spacium:alia aliter recedunt. 45

Emarcuerunt, id est σεσάπρισαι à marcido quod est σαπρόν dicitur. qui autem marcida, id est σαπρά ea quæ corrupta sunt,vocant:non admodum recte loquuntur,omnia enim vetusta, & obsoleta marcida appellantur.

Os autem quod extra eminet his prætextibus præcidendum est:si redire in sedem non possit, parumq; quid abesse videatur:quin promoueatur,possit q; detrahi.si præterea nocuum sit,aliquidq; ex carnibus rumpat, sensusq; molestiam repræsentet:si item nudum carne sit,auferri debet. Reliqua recidantur nec'ne,non multum refert.Certo enim sciendum est,ossa quæcunq; carnibus prorsus priuantur,atq; arefiunt.ea penitus quoq; esse recessura. quæ autem eò ventura sunt, vt desquammentur:præcidenda non sunt. Quæ penitus fuerint recessura notis præstitutis coniectandum.plagulisq; & vino,sicut etiam superius scriptum est de recessuris ossibus curatio adhibenda. cauendumq; est ne frigidis primo tempore attingamus.quippe cum horrorum febrilium,necnon conuulsionũ periculum impendeat. frigida enim conuulsionem semper prouocant:& insuper quoq; exulcerant.scire autem oportet necessario bremora ibi corpora fieri, vbi vtraq; ossa fracta & alternata curantur:quibusq; totus testæ ossis circulus recesserit. 46

Nunc quoq; Hippocratem non falsas causas,sed veras,prætextus dixisse perspicuum est. Tota hæc de marcidis ossibus oratio satis clara est.Iubet enim vt quæ repositiones impediunt, resecentur:quæq; tangentes carnes pungunt,& sicut ipse inquit,molestiã sensus repræsentant, id est grauem sensum doloris afferunt.Ostendit etiam ossa quæ carnibus denudata sunt, & non statim fuerunt reposita,quæq; aruerunt,decidua esse.

Quibuscunq;

47 A *Quibuscunq; os brachij aut femoris extra eminet,hi non admodum euadunt.nam tum ossa magna sunt & medullosa:multa ea sunt & peropportuna quæ vulnerantur,nerui,musculi,venæ. Vt si ea reponas,conuulsiones soleãt superuenire:si non reponas,febres acutæ,& biliosæ,& singultuosæ contingant:atq; insuper nigrefiãt.Illi magis euadunt,quibus neq; reposita fuerint,neq; tentatum, vt reponantur:magis vero ij quibus inferior ossis pars, quam quibus superior extra eminet.Supersunt etiam quibus reposita fuerunt,sed raro tamen.curæ enim curis,& naturæ coporum naturis ad facilius tolerandum longe præstant.Multum itẽ refert in interiorem'ne brachij aut femoris partem ossa extra emineant,multæ enim,& opportunæ venarum productiones in interiore parte sunt: quarum nonnullæ si vulnerentur,iugulant:sunt etiam in exteriore parte,sed minus.In huiusmodi igitur vulnerationibus qualia pericula impendeant,ignorandum non est:prædicendumq; in occasionibus.& si reponere ossa cogaris, sperasq; te id exequuturum esse,nec multa ossis alternatio sit,musculiq; non concurrerint(solent enim concurrere)molitio cũ extensione his quoq; bene ferre opem poterit.*

Non tam ossium magnitudo quæ nudata sunt,quàm musculorum,& neruorum,& venarum, & arteriarum vulnus periculum affert. atque insuper quod id prope originem musculorum & neruorum est.dictum autem est in tractatione sua solere musculos cum ossa alternantur, in se-
B ipsos concurrere:id quod sæpe his in libris repetitum iam est. reliqua, siquis animum aduertat, clara sunt.

48 *Cum reponis autem veratri mollis potionem exhibere debes eodem die,si eodem die reposueris:sin minus,ne tentandum quidem est. Vlcus vero eodem modo,quo ossa capitis fracta,curandum tibi est. nihilq; frigidi admouẽdum: cibiq; penitus circuncidendi.*

Quid molle hic significet in dubio est.nam vel qualitatem, vel quantitatem potionis eius indicare non est obscurum.sed neq; quod paucum quantitate est,molle recte dici existimaret quispiam:neq; modum aliquem quo confici molliter queat,nobis tradit. Nos sanè raphanos ex aceto mulso interdum damus,in quibus die ac nocte veratri ramusculus infixus fuerit.sed huiusmodi veratro facta purgatio imbecilla esset. inuenire tamen verum non licet, propterea quòd ab ipso,quo modo veratrum exhibeat,scriptum minime est. complures enim exhibendi eius modos à multis tum veteribus,tum recentibus, tum medijs ætate medicis scriptis traditos esse non ignoramus.

49 C *Et si amara bile natura præditus sit,mellæ odoratæ parum in aquam destillandum: eoq; victu sustinendus æger est:sin autem amara bile non abundet,aquæ potu est vtendum:siq; febri cõtinua laboret, quadraginta diebus ad minimum:sin febri careat,septem diebus idem victus exhibendus est.*

Hanc lectionem Artemidorus qui Capito cognominatus est,contrario modo scribebat: cum amare biliosis exhiberi mellam:non amare biliosis aquam, nollet. Ita igitur legebat: Et si amara bile natura præditus non sit,mellæ odoratæ parum in aquam instillandum: eaq; alendus æger est.sin autem amara bile abundet,aquæ potu est vtendum. Quam sanæ lectionem multi alij vnà cum Artemidoro priori antepositam præfertim cum idem Artemidorus illam orationem in libro de victu in acutis,in qua de aquæ potu agit Hippocrates, in hunc modum legendam censeat.Præterea neq; sitim sedat,sed insuper amarescit.naturæ biliosæ biliosa est, & præcordijs mala.sed cum in inanitatem ingressa fuerit,tunc vero pessima, & biliosissima est: imbecillitatemq; maxime inducit.Cum enim nonnulli scribant: naturæ enim biliosa est, & præcordijs mala:ipse Artemidorus priorem lectionem admittit,in qua scribitur. naturæ enim biliosæ biliosa est. non absolute cuilibet naturæ,& cunctis:sed soli biliosæ biliosam esse aquam afferens. Qui fit igitur,vt eam nunc amara bile redundantibus præbeat: nisi scilicet amara bile præditos alios esse quàm bi-
D liosos existimet.sed in quibus plurimum amaræ bilis gignitur, eos hic amare biliosos.i. πικροχόλους vocari,nemo est qui nesciat. nam altera bilis quæ atra visu est, acida: quæ vero pallida & flaua conspicitur,amara est. Patet itaq; in proposita hac oratione ob affectiones, quibus æger opprimitur,abstinendum omnino à vino esse.sed siquis natura amara bile præditus sit,quia ei aquæ potio læsionem non mediocrem affert: sicut in libro etiam de victu in acutis dictum est: parum mellæ tantummodo ipsi exhiberi concedit.quod ἐξυγλυκές dicitur, quod etiam ἀπόμελι. i. mella seu mellis decoctum nuncupari solet. nam ne neruosas partes attentet hoc eligit, quod dulcius est.quippe cum minus noxium sit,quàm quod est acidius, præsertim si ex melle & aceto fuerit confectum.& non,sicut dixi,ex maceratis fauis.in Græcia enim & præcipue in Elide ita confici solet.nos id conficimus aceto cum melle cõmixto:tantisper tamen simul decocto,quoad & vtroq; qualitates inter se vniantur,& aceti vis retundatur.

50 *Deinde ex additione pro ratione vulgaris victus inducendus.quibus autem ossa non reposita fuerint,ijs eandem purgationem,& vlcerum curationem,& victum simili modo exhibendum:& suspensam partẽ corporis non extendendum,sed contrà hẽdum potius, atq; adducendũ: vt laxior circa vlcus pars efficiatur. At ossium recessio, quẽadmodum etiam superius diximus,longinqua est.quare talia,siquis modo facere id honeste potest, præcipue fugien-*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico